



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.  
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

**Contzen, Adam**

**Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI**

Capvt XXI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](#)

Bullingerus dicit non posse nisi pro tota multitudine. Qui tamen sibi contradicit, cum ait: pro illis, qui credere voluerunt. Nam paulus est Dominus etiam pro illicis, qui credere noluerunt, & sanguinem testamenti pollutum duxerunt. Animam enim posuit pro omnium redēptione, 1. Ioan. 2. 2. Fatus est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi. Fructum quidem non omnes sentiunt, sed tamen Christus sufficientissimum premium dependit, nec per eum sterit, quo minus exire quidem est vinculis vellent. Vt isti Domini liberalitate noluerunt.

Bucerus igitur errat, qui Christum tantum electorum peccata expiavit fingit. Super Ioan. 2. 4. & Calvin. contra Hesychium pagin. 39. Musculus in locis communibus. Beza lib. 1. epist. pag. 182. Simonius lib. 2. fol. 24. Aretius 2. parte problematum. Zanchius pluribus locis. Verum ab illa heresi recesserunt Arminiani, Hemmigius, Augustinus Marloratus. Nam illis repugnat, quod Christus sit Salvator mundi, & unus pro omnibus mortuis. 2. Cor. 5.

Satisfactionem. §. 2. Calvini hinc concludit: hac una voce everti, quicquid de putidis suis satisfactionibus garnon tollit riunt Papistæ. Non enim reconciliationis alibi preredemptione, tunc reperitur, quam in morte Christi.

Respondeo, vitam Christi mortemque esse premium, redēptionis nostræ, solum, sufficiens, unicum, Deo etiam nos gratis reconciliati. Nec eo pertinere satisfactiones villas, ut Deo reconciliemur, ut redēmamur. Nec tamen satisfactiones tollimus, sed iam reconciliati, iā redempti, iā sanguine loti pro pena temporali satisfactionis, verbo Dei oblectuti. Ita nos docet Cyprianus epist. 18. Dominus loquitur & dicit, Super quem respiciam, nisi super humilem & quietum, & trementem sermones meos: hoc cum debeamus omnes esse, tum magis eiusmodi illi esse debent, quibus laborandum est, ut post graue lapsum vera penitentia, & humiliare tota promoveret Dominum possint. Et epist. 25. epist. 60. Deum promovere obsequiis nostris, inquit, ut ostenderet, ad Deum non modo peruenire actionum piarum devotionem, sed à Deo etiam ad nos redire remunerationem.

## VERVS 29. 30.

Et egreditibus illis ab Iericho secuta est eum turba multa. Et ecce duo caci sedentes fecerunt viam, audierunt quia Iesus transiret, & clamauerunt dicentes, Domine Misere nostri, fili David.

## CAPVT XXI.

Mar. 11. a. 1.  
Luc. 19. c.  
20.

Isa. 62. d. 11.  
Zach. 9. b.  
Ioan. 12. b.  
Ps. 117. d.  
Mar. 11. b.



T cum appropinquassent Ierosolymis, & venissent Bethphage ad Montem oliveti: tunc Iesus misit duos discipulos. 2. dicens eis: Ite in Castellum, quod contra vos est, & statim innenietis asinam alligatam, & pullum cum ea: soluite, & adducite mihi 3. & si quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia Dominus his opus habet: & confessim dimittet eos. 4. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est per Prophetam, Dicentem: 5. Dicite filie Sion: Ecce rex tuus venit ubi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium subiugalis. 6. Euntes autem discipuli fecerunt sic ut praecepit eis Iesus. 7. Et adduxerunt asinam, & pullum: & impoauerunt super eos vestimenta sua, & eum desuperdere fecerunt. 8. Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via: alijs autem cedebant ramos de arboribus, & stenebant in via: 9. turbæ autem, quæ præcedebant: & quæ sequebantur, clamabant, dicentes, Hosanna in altissimis. 10. Et cu[m] intrasset Ierosolymis, commo-

## QVÆSTIO I.

An hac historia eadem cum illa, quæ Luc. 18. 35. & Marci 10. 46?

§. 1. **A**liqua similia sunt, alia dissimilia. Hic duo Christus egreditus est. Apud Luc. 18. 35. Unus est curatus, qui sanatur ante egredium Christi in urbem. Mar. 10. 46. unus nominatur, & sanatus dicitur, cum egredius esset Ierichuntem, vocatur autem Battimæus, filius Timæi.

Quidam unus præcipui mentionem faciat attributantur. Alij ante ingressum & post ingressum curatores, Alij dilatam illius qui ante ingressum accedit sanationem.

Mihi diuersæ historiæ videntur. Nam illo egrediente Iericho duo sanati sunt, ut ex Matthæo clarum est, unus horum fuerit Timæi filius, incertum. Apud Lucam vero sanatur antequam ingrediatur Dominus Ierichuntem. Existimant alij Battimæus, siue notiorem iam diuturna cœcitatate & pauperitate, alium se adiunxit, ante clamasse quam urbem Christus ingredieretur, postea in egrediu sanatos. Pro plurimi, qui èmigravérunt àtria, quidam codices singularem habent, èmigravérunt, ut etiam Syrus.

Chrysostomus hos cœcos nesciunt. Bænūrū dicit fuisse apud eis multis videntibus praestantes: summa enim contentione ad Christum venire studebant, non modo quia clamabant, sed etiam quia reprehensi, & èmigravérunt, os obtutati aliorum increpationibus, magis clamabant. Quemadmodum mulier Chananaea & Centuria. Ut vero ante fortes, ita post curationem gratissimi fuerunt: nam Dominum fecerunt. Augustinus l. 2. qq. Euang. c. 48. dixerit facit. Possimus de propinquatibus ad Iericho sic intelligere, ut iam inde egredi, propterea amen adhuc essent ad eam cunctem, &c. Et paulo post. Sed quoniam ea que sequuntur in Evangelio secundum Lucam, eperiſſime ostendunt, illud, quod ipse narrat adhuc venientibus eum Iericho factum est: nihil aliud restat intelligere, nisi bius factum hoc miraculum. Semel in uno cœco dum adhuc veniret ad illam ciuitatem, & iterum in duobus, cum inde egredieretur. Ut illud virum Lucas, alicerum Matthæus enarrat. Nisi hoc sine aliquo sacramentum Quod sacramentum exponit, ut unus ab egrediente sanatus, Iudeo; duo ab egrediente sanati, Gentes significarent. Luna autem mortalitatem designat, quod est Iericho. Vide de eadem materia Augustini, serm. 18. de verbis Domini.

Hæcigitur sententia tenenda est, nec mirum, cum duæ sint historiæ, unam ab uno, aliam ab alio Euangelista recensitam.

committit & vici uera ciuitas, dicens: Quis est hic? 11. Populi autem dicebant: Hic est Iesu Propheta a Nazareno Galilaeus. 12. Et intravit Iesu in templum Dei, & egrediebat omnes vendentes, & ementes, in templo, & mensas numulariorum, & carbedras vendentibus euerit. 13. & dicit eis: Scriptum est: Dominus mea domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronum. 14. Et accesserunt ad eum caci, & claudi in templo, & sananite eos. 15. Videntes autem principes sacerdotum, & scribamirabilia, quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes: Hos uana filio David: indignati sunt. 16. & dixerunt ei: Audis quid istud? Iesu autem dixit eis: utique nunquam legis sis: Quia ex ore infantium, & lactentium perfecte laudem. 17. Et relatis illis, abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam: ibique mansit. 18. Mane autem reuertens in ciuitatem, esurit. 19. Et videns sibi arborē unam secus viam, cœnit ad eam: & nihil inuenit in fructu solitum, & ait illi: Nunquam in te fructus nascatur in semper virum: & arfacta est continuo fructuca. 20. Et videntes discipuli, mirati sunt, dicentes: Quomodo continuo aruis? 21. Respondens autem Iesu ait eis: Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non habueritis, non solus de sicula me facietis, sed & si mons tibic dixeritis, tollere, & iactare in mare, fieri. 22. Et omnia quæcumque petieritis in oratione credentes, accipietis. 23. Et cum venisset in templum, accesserunt eum docentes, principes sacerdotum, & sacerdotes populi, dicens: In qua potestate haec facis? Et quis tibi dedit hanc potestatem? 24. Respondens Iesu dicit eis: Interrogabo vobis & ego vobis sermonem: quem si dixeritis mihi, & ego vobis dicam in qua potestate haec facio. 25. Baptismus Ioannis unde erat: è celo, an ex hominibus? At illi cogitatabant inter se, dicentes: 26. Si dixerimus, ex hominibus, timemus turbam: omnes enim habebant Ioannem sicut Prophetam. 27. Et respondentes Iesu diximus: Ne ego dico vobis in qua potestate haec facio. 28. Quid autem vobis dicit Homo quidam habebat duos filios, & accedens ad primum, dixit, Fili, uade hodie, operare in vinea mea. 29. Ille autem respondens, ait: Nolo. Postea autem, penitentiam matuus, abiit. 30. Accedens autem ad alterum, dixit similiiter. At ille responderet, ait: Eo, Domine, & non uult. 31. quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt eis: Primus. Dicit illis Iesu: Amen dico vobis, quia publicani, & meretrices præcedent vos in regnum Dei. 32. Venit enim ad vos Ioannes in via iustitia, & non credidistis ei: publicani autem, & meretrices rediderunt ei: vos autem videntes nec penitentiam habuistis postea, ut credereis ei. 33. Aliam parabolam audire. Homo erat pater familiæ, qui plantauit vineam, & sepe circumdedit eam, & fudit in ea torcular, & edificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregre profectus est. 34. Cum autem tempus fructuum approinxasset, misit seruos suos ad agricolas, ut acciperent fructus eius. 35. Et agricolas, apprehensis seruis eius, alicuius occiderunt, alium occiderunt, alium vero lapidauerunt. 36. Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis simillima. 37. Non uissime autem misit ad eos filium suum, dicens: Uerbuntur filium meum. 38. Agricole autem videntes filium, dixerunt intra se: Hic est heres, uenite, occidamus eum, & habebimus hereditatem eius. 39. Et apprehensum eum, et fecerunt extra vineam, & occiderunt. 40. Cum ergo uenerit Dominus, quæ facies agricultoris illis? 41. Atunt illi: Malos male perdet: & vineam suam locabit alii agricultori, qui reddant fructum temporibus suis. 42. Dicit illis Iesu: Nunquam legis sis in scripturis: Lapidem quem reprobauit, edificant, hic factus est in caput anguli: A domino factum est illud, & est mirabile in oculis nostris. 43. Ideo dico vobis, quia auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. 44. Et qui escenderit super lapidem istum, confringetur: super quem vero ceciderit, conteret eum. 45. Et cum audissent principes sacerdotum, & Pharisæos parabolam eius, cognoverunt quod de ipsis diceret. 46. Et querentes cum tempore, immuerant turbas: quoniam sicut Prophetam eum habebant.

## IN CAPVT VIGESIMVM PRIMVM

ARGUMENTVM.

**A**nscetus & humilis uti Prophetæ oraculo prædictum erat rex Sionis, aīno insidēs Ierusalem ingreditur, acclamant fausta populi, & venientem excipiunt. Vendentes & ementes ē templo ejicit, cœcos & claudos sanat, Phariseos propter plausum indignatos reprimit, docetque hoc à Prophetis prædictum esse: Ex ore infantium, & lactentium perfectam esse laudem. Vesperi egreditur, venitque Bethaniam, altera die rediens Ierosolymam hucum sterilem maledicendo arefecit. Phariseos interrogantes, qua potest facere illa, faceret, aliam questionem de baptismo Ioannis proponendo, repellit. Parabolis tandem corum perfidiam ostendit, & exprobrat. Primam proponit de duobus filiis, quorum prior paro obedientiam promissam verbo, re non præstit. Alter se ob temperaturum initio negavit, sed penitentiam duxit proteruam correxit. Altera parabola est de agricultoris, qui primum seruos fructum petentes, deinde heredem occiderunt. Tandem le ait esse lapidem reprobatum ab edificantibus, sed factum in caput Anguli. Regnum autem Dei à Iudeis auferendum, & dandum gentibus. Hinc offensi de nece illius consultant, sed populi timore retardantur.

In Ecclesia Syriacâ legitur: ad uesperam Osanna. ΝΥΨΩ ou schagha na, hoc est, Ostatina, ita autem appellat dominicam palmarum, ut postea ostendam. A.v. 17. ad 28. est lectione ferie quintæ hebdomadis quartæ ieiunij.

Adami Conzen in Ehang. Tom. I.

Av. 28. usque ad finem est statio secunda, secunda noctis passionis. Hoc est enim קְרָבָה Kauma à סְמִינָה Kom. Itaque in stationes & vigilias sacras noctes diuidunt.

Nunquam haec tenus pompam villam admisit, sed iam breui moriturus, ut prophetias implet omnia magnificenter administrat. Chrysost. hom. 67. saepe ingressum ait, nunquam vero eo apparatu.

Diserte autem Iudæorum interitum, cædem, quæ mortem suam afflueratione prænuntiat, ut impij & homicidæ tantæ cladis exspectatione minus animosè peccarent.

## VERVS I.

*Et cum appropinquassent Ierosolymis, et venissent Bethphage ad montem Oliveti, tunc Jesus misit duos discipulos.*

## QUÆSTIO I.

*Quæ Bethphage?*

§. i. *T*extus Græcus appellat Βηθφαγῆν, Bethphage. Ut noster Syrus etiam בֵּית הַפָּגָה, quod interpretantur domum fontis, alij domum oris vallis, hoc est, Bethphage unde vallis initium est, alij domum maxilla. Prius vide ri posset, ex πηγῇ, vel πηγὴ dorico deriuatum, quod Græcis fontem significat, sed neque Hebræi vocabuli originatio Græca querenda est, nec verisimile ex Græco, & Hebræo vocabulum compositum. Malum itaque domum fontis appellari ex Syra & Chaldaea lingua. Nam פְּגִיָּה Phigi, & פְּגָה Phaga, adeoque פְּגִיָּה Phig Syris & Chaldaæ fontem significat. Existimo tamen ex commercio lingua Græca sicut innumera alia Syros, & Chaldaæ habuisse. Nam in Hebræo עַיִן & בָּעֵן fontem significant, de פְּגִיָּה Phig nihil habetur. Thalmudici in Aruic aiunt esse שֶׁב מִקְוֹת הַרְץ יְוֹשָׁלֵם schem makom chutz teruschalam. nomen loci extra Ierusalem. Sabbati autem iter habuit, quod est mille passuum, ut Origenes putat, vel ut alij duam millium.

Qui domum oris vallis interpretantur ex tribus cōponunt dictiōibus בֵּית הַפָּגָה domus, deinde בֵּית פְּגָה os, denique בֵּית הַפָּגָה vallis.

Minime probandi, qui domum occisionis vertunt: occasione sumpta ex corrupta lectione: multa enim exemplaria habent βηθφαγῆν, posito sigma inter theta, & φ. Ita habere omnia Parisiensium manuscripta exemplaria restatur Burgensis, ita dictum aiunt, quod ibi vidimæ alerentur. Verum à pascendis victimis non domus occisionis, sed pubuli potius vocaretur. Deinde nomen componderent ex Hebræo & Græco Hebrei, quod absurdum est, cum nomen illud antiquum pene cum templo cœpisse oportuerit. Si à victimis duceretur, Hebrei appellari nt בֵּית שְׁחִיתָה beth schachitha, domum maledictioni. Quis autem putet populo Hebræorum tam notum fuisse verbum Græcum σφαγὴ, vt inde loco nomen darent, quod si quis fingere velit, cum refutabunt Syri, qui hodieque omnes nomen σφαγὴ nesciunt, nisi qui Græce norant. Quod si ludere in nominibus volope sit, potius dicendum à Σεβαστοῖ Sphagæ deriuatum, quod est plaudere percutere, vt inde Σεβαστοῖ Sphaga, vel Sphage formamus.

Quod Haimo scribit domum buccæ, vel maxillarum appellari, vel quod ibi alerentur sacerdotes, vel quod ossa, & maxillæ victimarum eo proiecserentur, video non probari doctis. Nam in urbe erat sacerdotum habitatio, non in vico exiguo, in urbe, atque adeo loco sacro de victimis alebantur, Deinde nec villo signo probatur, nec est verisimile tam procul of-

fa elata fuisse. Quamvis ergo Σεβαστοῖ phaga, & Σεβαστοῖ phagi maxillam significet, & Σεβαστοῖ ossa ossis, non tamen haec causa est appellationis. Abest Bethphage haud procul Bethaniæ. Luc. 19. 29. vterque locus prope montem oliviarum. Bethaniam longius aiunt Ierosolymis abfuisse, quam Bethphagen. Cum appropinquasset, habent Græci, & plures latini codices, Syrus tamen singularem retinuit.

## VERVS 2.3.4.5.

Et dicens eis: Ite in Castellum, quod contra vos est, et statim inuenietis asinam alligatam, et pulum cum ea: soluite, et adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia Dominus his opus habet: et confessim dimittet eos. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est per Prophetam dicentem: Dicite filia Sion: Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, et pulum filium subiungalis.

## QUÆSTIO I.

*Quæ & cur discipulos mittit?*

§. i. In castellum, καὶ μέν vicum, qui contra, seuer aduerso est, κατέβαντι σὺν αὐτῷ. Ita loquuntur latini Italianum contra, Tiberina quæ littora. alia exemplaria habent στράτεων, Latini quidam codices, miseri discipulos suos, sed pronomen abesse debet. Itaque castellum non est arx, aut munitione, multo minus Ierusalem, vt Lyranus, Abulensis, Hugo de Pilati nomine scripserunt, καὶ μέν enim vicus est, seu pagus.

§. 2. Errat etiam qui asinum à Domino questrum effe arbitrantur, quod lassus de via, pedes longius progressi nequivierit. Multo minus audiendi, qui meditatione mortis lassitudinem contractam commentantur. Nam neque tam magnum iter confecerat, & tam morti victimor exhorto ad Annam, Caipham, Pilatum, Herodem itare poterat, & denique ferre crucem, & ire in Golgotha. Causa igitur vectionis erat, vt rex Irael regno suo inaugureretur, & vt postea dicam, Prophetiam expleret. Hanc enim reddunt Euangeliæ.

§. 3. Errat etiam Caluinus, dum pronunciat futuram fuisse hanc ridiculam pompam, nisi vaticinio Zacharie respondisset. Nam absque oraculo prophetæ, granis, decora, & Christi persone confessanea fuisse: non enim idem, quia Zacharias eum prædictis, triumphus ille conueniens fuit, sed quia à Deo ordinatus, & tales circumstantiae, quæ Dei filium

## Quæstio II.

An asinam, an pullum vestitus  
fuerit?

§. 1. **C**æteri Euangelista solius pulli mentionem faciunt, Matthæus asinam & pullum coniungit, sicut etiam propheta. Et principio quidem constat asinam & pullum ad Christum adducta esse. Nam vers. 2. cum dixisset, asinam & pullum cum ea alligatum, addit: soluite & adducite mihi: quod ad utrumque referendum est. Deinde vers. 3. Dominus his opus habet, αὐτῶν οἵτινες ἔχει. Hinc etiam apparet Super asinam super asinam, & super pullum sedisile, & nam & more regio mutasse iumenta. Nam adduci iubet, pullum se & dicit αὐτῶν οἵτινες ἔχει, His opus habet, si asinam opus dit. non habuit, cur illam adduci voluit, & dici se ea opus habere? Deinde textus Græcus habet vers. 7. ἦγαστον τὸν ὄνον, καὶ τὸν ὄβλον, καὶ ἐπέδηκεν ἐπί τοι αὐτῶν τὰ ἴραπτα αὐτῶν, καὶ ἐπεκάθισεν ἐπάνω αὐτῶν. Adduxerunt asinam & pullum, & impostrunt vestimenta sua super eos, & eum desuper sedere fecerant. Græcè ἐπάνω αὐτῶν, super eos, hoc est asinam & pullum, vel, ea, hoc est vestimenta. Varia lectio est, In quibusdam, inquit Brugimnotis, libris, ἐπεκάθιστον quod est infedit, in quibusdam ἐπεκάθιστον, sedisile (ad quem modum Syriacè est equitatus) in alijs ἐπεκάθιστον, collocarunt sine sedere fecerunt, consentaneè editioni latina. Rursus pro ἐπάνω αὐτῶν, super eos, sive ut est latine, desuper, quidam typis excusi codices scribunt, ἐπάνω ὡς super eam, scilicet asinam; Syrus super eum, scilicet pullum, eadem ut arbitror, ratione, qua latine in verbis proxime precedentibus, quidam scribunt eum, pro eis.

Quamvis autem posteriore loco sic intelligi possit, ut super vestes sedisile dicatur, non tamen id satis viritate, & prima fronte ille notus est sensus, super iumenta sedisile. Cum autem strata vestibus iumenta dixisset Euangelista, nihil opus erat dicere, Christum super vestimenta collocatum, aliter enim fieri non poterat. At sanè priore loco dicuntur vestimenta sua posuisse ἐπάνω αὐτῶν super ipsum, quis dubitat, ideo factum, ut Christus infideret? Nec Syriacam lectiōnem probo quæ habet; Et impostrunt pullo vestimenta sua, & equitauit super eum Iesus. בְּבָרֶךְ autem de omni vocatione dicitur.

§. 2. Clatius etiam ex propheta Zacharia illud colligitur. c. 9. 9. Exulta satis filia Sion, Iubila filia Ierusalem: Ecce rex tuus veniet tibi in Iustus, & saluator: Ipse pauper, & ascendens super asinam, & super pullum filium affine.

Hic dicitur ascendens super asinam, & super pullum filium affine. Respondent huic argumento: Verbum quo propheta vititur esse communis generis, חַמֹּר, & asinum, & asinam significare. Itaque sensus esse, Ascendens super asinum, & pullum asini, ut nempe ille asinus fuerit idem ille pullus filius asini. In Hebreo est בְּנֵי בְּנֵי אֲתֹנּוֹת, filii asinarum. Perinde ac si quis dicat: ascendit superequum filium equarum, ubi equus, & filius equarum unum est, idemque iumentum. Hic etiam in Syro est idem verbum בְּנֵי בְּנֵי בָּרָאתָה, filius asini. Hæc nouatoribus speciosa vita est interpretatione, eam ego probare non possum. Nam primo interponitur à propheta coniunctio. Asinam, vel asinum, & pullum filium asinarum, רְאֵל עַזְרָא, Veghal ghayr, & super pullum, ea loquendi ratio diversum ostendit, ut si dicam, ascendit super equum, & pullum, filium equarum: si idem est iumentum asinus, & pullus, non coniunctione nesteretur sententia, sed ipsa appositione res una intelligeretur esse. Deinde in septuaginta legitur בְּנֵי בְּנֵי נְזָרְעָא, καὶ νεός, super subiugalem, & pullum no-

Kk 3 num,

Adami Conzen, in Ewang. Tom. I.

um, quamvis melius sit le<sup>o</sup>, qua apud Iustum est: πάλον ὄν, pullum asina. Sed & ipse texus hoc requirit: nam constat certe asinam adductam, & super eam polita vettimenta, atque adeo dominum ea opus habuisse: non enim Apostolos vult fallere, cum dicent, Dominus hi<sup>s</sup> opus habet: cum ergo in Matthaeo dixerit, asina & pullus, etiam in propheta dicitur esse necesse est. Non enim aliud Zacharias praedixit, aliud Matthaeus factum esse scribit. Matthaeus totum factum esse scribit vers. 4. ἐπειδὴν ὅτι ἀσίνη & pullus adduceretur, ut impleteur quod propheta a vaticinatus est, itaque & propria cum dicit γένεσις, utus verbo, quod asinum, & asinam significat, & pullum, duo diuersa animalia dicere certe vult, quia diuersa fuerunt. Nam ἐπειδὴν Matthaeus feminini generis esse testatur, cum vers. 2. vocat ὄναρ δεδεμένην, cum dicit, pullum esse μέτρον τῆς ὥρας, cum ipsa, sic igitur etiam apud prophetam intelligendum est, γένεσις esse hoc loco generis feminini, nisi Evangelista nobis est suspectus interpres propheta. Si igitur duo sunt in prophetæ verbis designata iumenta, utriusque Christus insedit. Nam dicit propheta, Θεοβαγός θεὸν, καὶ αῶνας &c. ascenderis super asinam, nempe quæ ante erat sedēmēν. Asinus uteretur crebro. Iud. 10. 4. & 12. 4. 3. Reg. 13. Nec ad tem facit, quod hec asinam comitem dicit. Perinde ac si diceretur, aliquem dubius aut tribus equis esse profectum. Illa tamen locutio visitata solum est, cum non modo equos, sed scilicet etiam proficisci iunguntur. Tribus enim aut quatuor equis sit dicitur, non quæ equi sine scissoribus comitantur, sed qui totidem equites secum habet. Deinde hic dicitur Christus non ita simpliciter, sed γένεσις rocheb, vectans vel equitans super asinam, & τὸ θεοβαγός ascensio, θεὸν super asinam. Primum igitur asinam ascendit, & deinde dum prope urbem est, cumque iam multitudo & clamor augeretur, in pullum ascendit, non parvo miraculo prima eum sessione domitus. Multa enim hic miracula Chrysostomus narravit.

¶ 3. Hanc interpretationem etiam patres amplexi sunt, imo communis sententia mysterium agnoscunt. Asinam seu γένεσις subingalem esse iste latitas sub iugo legis attritos, pullum vero gentiles, à lege, & iustitia alienos. Nec Zwinglius contra sentit, sed approbat, nondum tantum ut terum contempor, quantus Caluinus, qui nullo argumento, sed sola vacordia veteres irisset. Cum autem res ipsa conueniat, & Christus non modo factis suis nos doceat, sed etiam mysterijs plena sint omnia, non est mirum id significare voluisse, quod eventus docuit. Ita Chrysostomus Commen. Hieronym. Remig. Beda. & plerique Chrysostomi verba sunt: ἐπειδὴν τὰ ὄφεα τὰ μέλοντα περιδιάλλον, ἐπειδὴν τὸς οὐρανοῖς ἐπειδὴν ἐπειδὴν δηλότην διὰ τὸ λάθος, καὶ ὁ λαός ὄντες, ὁ πόνος μὲν ἀκάθαρτος, μετὰ δὲ τὸ καθίσαντα τὸν πόνον καθάρης γνώσκουσι. καὶ ὅπερ διὰ τὸν εἰναὶ τοι γέμενων οἱ λαοὶ μαζήται λύσοται τὸ πόνοντα. Διὰ τὸν ἀπόστολον περιστρέψθητο ἐπειδὴν καὶ ἡ ἡμέρα τὸ εὐδοκίμως εἰσίνεται περιεξόλωτος. Hoc faciebat, ut, quemadmodum diximus, figurā ventura significare. Hic enim Ecclesia & nouus populus olim omnimodo per pullum significatur, qui postquam in eo Iesu quieuit, ab omni forde liberatus mundus effectus est, perpende autem ex amissum imaginem esse conservatum. Discipuli quippe iumenta solvunt, quoniam & nos & illi per Apostolos vocati & adduci ad Christum sumus, & nostra fides, in celum illas deduxit. Et ordinariè τὸν ὄναρ vocat. Ut τὴν ὄναρ περιβάλλεται εἰς τὸν ἔκστατον. Asinam fraverunt, super quam sedet. Rabanus ideo Matthaeum

asinam mentionem fecisse vult, ut viam salutis Iudei ex mysterio monstraret. Et Athanasius hom. in illud: Profeci in castellum: irrufos ait Gentiles, quod Deus Christianorum ascello federit. Iustinus ad hunc locum contra ludos usurpatum contra Typhonem: Atque ipse Dominus noster Iesu Christus reuera agnus quandam, cum pullo suo in invictu quopiam vici qui Barbarus dicitur erat, aliquid Hierosolyma ingressurus discipulis suis sibi adducere iubet: cui insidens, Hierosolyma peruenit. Quod quidem certe, ut Christus faceret, vaticinio apostoli pronunciatum. Atque id ita ab eo factum, & a fideli sua agnum, Christum ipsum esse, manifesto ostendit. Et cum omnia has sint facta, & ex sacris literis demonstrata, vestram animas esse persuaseris. Prædictum est autem hoc futurum à Zacharia, ex duodecimo anno, adhuc modum: Latet veleter filia Sion: subtila, annuncia filia terusalem: Ecce rex tuus veniet tibi iustus, & saluans ipse, & misericordia eius & pullo asinam vehens. Porro quod asinam subingalem cum pullo suo Spiritus propheticus una cum Patriarcha Iacobominauit, atque capite & discipulis eius sunt ipsi, sicut dicitur: trunque enim iumentum adducere iustus: prædictio id futurum, que etiam ex vestra synagoga, simul cum iudeis, qui ex gallo venire, in eum creditur erant. Quemadmodum namque gentium nota fuit pullus, oneribus serendis non affuetus, & popularium vestrorum asina clitteraria. Habetis enim quæ propheta vobis imposita est, legem.

§. 4. Rex mansuetus, humilis γένεσις vocatur. Nemo enim ex regibus Israël ingressus est ea humilitate caue potenter. Vocatur δὲ βασιλεὺς signante cum articulo, est enim certus ille promissus Messias. Regni sui maiestatem hic monstrauit, venit enim ut summa modestiam, & clementiam cum summa potentia declararet, ideo & in templo plurimos lauauit, quod nemo regum potuit. Eo omnia tendebant, ut exciperetur a subditis, & amaretur, ut salvator, non timeretur ut Dominus a mancipijs. Bullinger hæc est ius visa idonea, ex qua occasio magistrorum acciperetur. Nam Christi vicarios non pontifices, sed diaconi, & impensis morum nebulatione esse factores, quod haec vel non legant, vel lectio repugnat. Nam & equis & rhedis vtuntur.

Respondeo. Non dissimili stomacho Tertullianum iam in errores propensum de corona militis, & a quorum publicorum vium capere. Videamus, inquit, unde equi publici cum coronis est. Dominus tuus, ubi secundus seipsum terusalem ingredi voluit, nec asinum habuit priuatum. Verum ille nimia vehementia, deinde odio abruptus, cum omnia præsulum Ecclesie carpit in Montani, & Cataphrygum ineptias inedit. Pompa coronorum equorum, si publicæ lætitia, & decoro levius, nullâ idolatriâ contaminata, non fuit Christianis deuitanda, nam plurimi eos alterarent. Si vero Christus suo exemplo vsu equorum Christianis interdixit, ne alium quidem priuatum possidere fas erit, alieno enim Dominus, & quasi præcaria vitus est. Profecto nemo haec tenus scelus esse putauit equorum opera vti. Nō defuerunt tamen religiosi, qui vel in totum vel in parte, se equitatione abdicaret, in vetustis Prædicatorum statutis esse narrat Antonius Senensis, ut si quis pedes ad generale capitulum irate non posset, equo ne viceretur. Paues Cappucini non nisi in magna necessitate, nec equo, nec curru vivunt. Et vidi cum viii ex illis aliqui senes, & prenobiles magno labore viam pedibus conficerent, recutatis, quos principes offerebant, curribus. Sed aliud est, quod sponte illi suscipiant, aliud quod omnibus imperatur fingitur. Quid enim, an Christus humiliore, & commodatiori iumento vescus, vici non nisi Christiani, vel sacerdotes, vel cerre pontifices nobis hæc lectione vtantur? an non eam etiam legem ministris

hac eon tult: neque enim in suum dedecus illud fidem interpretabuntur, credo. Quid igitur illos videntur? Pes credo Pontificum: & magnificientia. Quid iusti, iusti sunt omnes esse pauperes Christiani? iusti generale non est praeceptum paupertatis, iusti sunt Pontifices esse pauperes, & clerici: & quibus Confibus lex illa lata est: aut si latet, eur fundos, & possessiones, quaeruntque, augentque illi, qui Pontificis opes non oderunt, sed possessoribus inuident? Sed adhuc iam olim respondit Aeneas Sylvius. Litigatur in nostro iudicio, quando id autoritatibus & rationib[us] inprobatum est, Romanam Ecclesiam diutinem esse oportere. Nequidnius ad voluntatem requirimus; sed ad tria tantum, adiutum honestum & dignitatem conuenientem tenendum. Ad eos pauperes & Ecclesiastis manu tenendas. Ad coercendos malitiosos, qui fidei sinceritati officiunt. Quod si quis Pontifex ibi alter virtutis famam non recte agere, neq[ue] magistris sequi refugia. Neq[ue] enim aut inter consanguineos Christi, aut fratres partiri debet, aut in voluptatibus & deliciis ille consumere. Si tamen aliquis sit, quie ex minoribus prelatis dicitur boni sibi traditi, superioris iudicio est coercendus. Quod si Pontifex aliquid tale gerit, maximi Dei iudicium exceptandum est; qui aut Papam, de medio tollat; aut alio modo prostrat. Nequenam primam sedem, quam suo arbitrio regedat, terrare & dilabi patietur.

Sed quid obsecro est, quod in Romano Presule videamus indignum? An forsitan plerosque Prelatorum videmus ire venientia aut auernatum? Equos ne Pontifex Romanus, aut canes, aut ases ad delicias pascat? Quis eum aliquando inspeccaverit aut ludu vidit? Saltationes & choreas & cantus mulierum inspici? Vbi inquam histrio vel pantomini coram eo? Quando ille conuicia laici aut ebrietatem spectauit, aut alia iustit aut schaco? Alieni sunt hac ab Apostolico Palatio. Studia Pontificis maximis & occupationes sunt, diuinis inter se mysteria & Sacram rem facere, diebus celebrariibus. Autem legationes Principum, populorumque figurare supplicationes, consolari miseros, peccatores coercere, praedare viduatus Ecclesiastis, dicere suas horas; vix illi super est tempu, in quo cibum sumat, & corpori, quantum necesse est, somnum tribuat. Ad h[oc] semper querelas audit, & lamenta, compatis & afflitis loquitur. Nemo ad eum venire, ni consolare eum, aut incundit aliquid afferat, aut quenam, quieti sunt Episcopi, vel alii, aut cupidi pluram patuerentur. Hic status Papa; hac voluptas.

Hac ille ad Pragmaticam Martini, quod etiam recentibus calumniatoribus responsum volo. Nec tamen mihi dubium est, Pontifices & Episcopos, si prater statum in sumptu non necessarios, atque inutiles, Ecclesia theauros impendant, grauiissimi feceris esse reos. Quedam etiam exempla nos docuerunt, multos Ecclesiasticorum, cognatos suos dum operibus sacris implere conantur oppressisse, vt familie, aut ad paupertatem redacte fuerint, aut miseriae euenibus extinxerit.

¶. Hæc pompa & processio à monte Oliueti præcipue cepit. Gratus montem τὸν ἐλαιῶν appellat, nollet sensum reddidit, aut legit τὸν ἐλαιῶν. Syriace est: Μωσῆς γάρ τον ἐλαιῶν super verticem montis, vel iuxta. Illi greci, vt ait glossa Syra, est idem quod ἡ γαβινη. Monsest ad orientem Ierosolymorum, inter quem & vibem est interposita vallis Iosaphat, Ioseph. 10. antiqu. c. 6. & 1. & belli. c. 3. Mons pernoctatione, & oratione Christi celeberrimus. Olim idolis infamis, à Salomone facto initio, quæ ad Iosiam transtulerunt. 4. Reg. 23.

## QUESTIO II.

Quomodo Christi diuinitas ex hisce eluxerit? Propheta Spiritum re ipsa ostendit, cum ait asinam esse alligatum, & pullum, nec modo iubelle, sed etiam ad Apostolorum vique aduentum

mansura eodem in loco.] Nouerat & quid incolæ responsuri essent, & dimisuros vbi audirent Dominum opus habere. Quod habet d[omi]n[u]s & statim dimittet, non est ad Christum referendum, quasi significet eum statim iumenta remissurum. Sed prædictum dominum corum mox permisurum, vt abducant. Erasmus legit & statim, vt etiam Theophylactus. Quædā <sup>Sapientia</sup> exemplaria habet: *ποτε ποτε, quid agitis?* quod nec in Latinis, nec Syris est, nec melioribus Graecis. Maiestatem <sup>& potentiam offert</sup> igitur Dominus duabus in rebus ostendit, sapientia, & potentia. <sup>dit. sed videtur</sup>

Sapientia, quod omnia absentia, & futura cognoscat, etiam cogitationes, itaque more regum exploratoribus, delatoribus, corycais non virtutis, omnibus ille actionibus, omnium animis interest, & praest. Potentiam etiam demonstrat, cum animos eorum in manu habere significat, vt statim concedant, quod pertinet. Solet autem in minimis summae sapientiae, & potentiae documenta praebere. Deum autem esse absolute, & solitariæ illa miracula non probant, sed cum doct. ina coniuncta, quæ se Deum esse professus est, vt alibi latius ostendi.

Miraculum autem fuisse, quod sine contradictione peregrinis, & Galileis asinum dimiserint, docet Chrysostomus: μή δὴ μικρὸν εἴ τι νομίσῃς τὸ γερουμένον τὸ δύνατον τοῦτο, τὰν ιδίων αὐθαίρευμάν, καὶ τοῦτο μηνιγγόν τοῖς λοιψοῖς, καὶ γενεγένεσι, μη δύνασθαι, μη ἀντιπέμψει ἔργον αἱ ἑρμήνεις συγχρητικοῖς; καὶ ταρσοφοροῦσι; καὶ δὲ αὐθαίρευμάν τοῖς λοιψοῖς, καὶ μηδεὶς εἰπειν τὸν Σταύρον, καὶ εἰ εἰπειν, καὶ δικαιωθεῖσθαι καὶ αὐτὸν χρεῖαν ἔχει παρεχθεῖν, καὶ τὸν αὐτέρευτον, καὶ ταῦτα τὰ εὐτὸν ἔργαντα, καὶ τὰ μαθητὰς. Non sicut res ipsa parua. Quis enim illis persuasit, quim res ipsorum auferrentur, præsentim pauperibus, ac forsan agricolis, nullo modo aduersari: Cur dixi, non auersari, sed nec interrogare quidem, aut interrogantes responso auditu tacere atque cedere? Nam utraque ista pariter, mibi mirabilia & inaudita videntur. Non enim paruum est, cū traherent iumenta, nihil dixisse. & si dixerunt, cū audissent, quia Dominus illis indigeret, cēsisse, maxime quum non ipsum, sed discipulos eius videret.

Nec minus miraculum; tam cito domitum fuisse pullum: nemo enim illo viuis fuerat. Chrysostomus: οἵτε δὲ τὸ διώνιον τὴν πάλην, πῶς ἀδάμας οὐδὲ, καὶ χαλκὸς ἀποθέτει, εἰς τοιούτοις, διὸ τόπος ἐφέξει. οὐδὲ αὐτὸν ταπετηταῖς μέλανοις τοῦ δηλεῖται τὸν εἶναν. καὶ τὸν ἀδεῖον εἰς τὸ τέλειον μετατρέπει. Tu vero subiit ampli domationem admirare, quomodo dum esset immutatus, & freni omnino expers, non resiliat, nec reluctans est, sed quiete quasi assuetus serebatur. Gentium enim obedientia hinc significatur, & repentina in meliorem vitam mutatio.

## VERSUS 6. &amp; 7.

Euntes autem, discipuli fecerunt, sicut præcepit illis Iesus. Et adduxerunt asinam & pullum, & impossuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt.

## QUESTIO I.

Quæ Prophetia de Christo citatur?

§. I. T otum hoc factum ait, vt impleatur, quod dictum est per Prophetam, Syrus; in manu

beiad. Prophetæ autem est Zachar. 9. 9. aut Isa. 62. 11.

Verba Zacharie: Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem. Duo Problem: Ecce rex tuus venit tibi iustus, & salvator, ipse pauper & pheta iun-ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ. Verba & prophetæ Isaiae: Dicite filia Sion, Ecce Salvator tuus venit, ecce merces simonioe eius cum eo, & opus eius coram illo.

Vero iunxit Euangelista, quia vterq; Propheta idem prædictum tamen patet ad Zachiam pertinet. Propheta vero tantam admiratus humilitatem, *Ecce, inquit, rex tuus ventus*, &c. Ex quo discere licet, non ridiculam pompam fuisse futuram, nisi oraculo prænunciata fuisset. Nam Propheta, cum nondum factum esset, cum nondum ipse eam enunciasset, admiratus est supereminentem Dei clementiam, & immensas bonitatis diutinas, quod eo se demiserit, quo ne ciuis quidem honestior detрудi se pateretur, ex magnitudine igitur mysterii processionem Prophetæ estimauit, non ex sua prædictione: quocirca & hinc Caluini petulantia retunditur, cui illa historia sine illo condimento non sapit, at sanè absque illo condimento, & Isaiae, & Zacharia sapiebat, & admiratione ingenti defixit. non quia ipsi ista præuiderent, sed quia Deus facturus erat.

**Gentium vocatio.**

S. 3. Iustinus Dialogo contra Tryphonem verbis Isaiae probat etiam hereditatem dandam gentibus. Et *καὶ μὴ τοῦ θεοῦ γέστη, μήτε τῷ λύρων τῷ πάντες τὸν ἀρχόντα τὸν αὐτὸν τὸν θεόν κληγεινταί*. Et si non sabbati sunt, neque circumciduntur, nec festos dies custodiunt, omnino tamen hereditabunt sanctam Dei hereditatem. Quod quidem non ex illis præcise verbis, sed toto texu intelligitur, agitur enim de gentium omnium salute.

Quod tamen ex illis præcise verbis non colligitur, sed toto contextu; nam de gentium vocatione agitur, quæ vt nouus pullus Dominum, postquam asinum deseruit, exceperunt.

S. 4. Paupertatem Christi Domini etiam Iudeorum Rabbini, aliquando cognoverunt. Nam post verba Zacharia subditur. *Et loquetur pacem gentibus, & Dominum eius à mari usque ad mare, & à flumine usque ad fines terre.* Rabbi Salomon de Messia interpretatur. *Iudei* „ Verba eius: [Ecce Rex tuus veniet tibi. Non potest hoc Christi „ exponi, nisi de Rege Messia. Quia dictum est hic, diuinatum, „ Et Dominum eius à mari usque ad mare, & à flumine usque te agno, „ ad fines terra. Et non inueniuntus talem Dominatorem scunt. „ in domo secunda, hoc est, tempore secundi templi „ fuisse. Ex quibus aperte liquet, Regnum Messiae spiritualiter intelligendum esse, cum regnum temporale „ & paupertas simul esse non possint. Ad hoc etiam facit, quod Rabbi Moses Hadarshan in expositione Genesis, super illud 49. cap. eiusdem libri dictum, ligans ad vitum pullum suum, sic dicit, Cum venerit Messias in Ierusalem, ipse erit cingens Asinum suum, & equitabit, & super eum veniet in Ierusalem, ut ducat scipulum in paupertate, vel humiliitate. Sicut scriptum est Zach. cap. 9. Pauper & humili equitanus super asinam vel asinam. Sequitur in libro Genesim ibidem, & ad palmiten fili mi asinam suam. Quando enim veniet ad congregandum Israel. Sicut dictum est Zach. 10. אֲשֶׁר־לְךָ וְאַבְנֵם כִּי־פְּרוֹהָדָת Hoc est, Sibilabo eis, & congregabo eos, quia redemivi eos. Tunc equabit super filium asinam sue. Et sic dicit Zach. 9. cap. Et super pullum filium asinaram. Hæc traditione. Item in Bereshith Rabba super illud Gen. 49. cap. scriptum, Non recedet sceptrum de Iudea, cum cæteris, ita legitur. Non recedet sceptrum. Hic est Rex Messias, Filius David, qui venturus est ad confringendum regnum in virga, vel cum virga. Sicut dictum est Psal. 2. בְּשַׁבָּט בְּרוֹל בְּכָלְיַי וְזַרְעַת הַנְּפָצָם i. Confringes eos in virga, vel virga ferrea, & tanquam vas fragili proiecies eos. Sequitur, Escriba vel contritor de medio pedum eius. Hic est etiam Rex Messias, qui venturus est ad conterendum gentes pedibus suis quemadmodum dictum est Ia. 26. cap. תְּמִסְנָא רְגִלִּי עַזְזָר Hoce est, concubabit eam pes pedum pauperis. Iste enim pauper est Messias, de quo dictum est Zach. 9. cap. Pauper & equitanus super asinam.]

Non potuit magis Christianæ hoc regnum decla-

rari, verum ludorum animi tori auaritia, superbia, libidine depravati Messiam expectabant, cuius potentia, & opibus suas cupiditate explorarent, ideo ducentia, sed honesta ferent in primum aluenti sunt, hæc inde occiderunt. Imo non defuerunt olim ex aliis lexis, qui Messiae tempore vivere non oportabant, quod multa patientia amicis eius scirent. Deteriores illarum Pharisæis, qui cum ut regem magnificentem, & opulentum expectabant; nam qualiscumque Messiam amabant tamen, at illi cum ex scriptis intellegenter, illi multa toleranda malebant ante è vita subduci, ne ciuis imperium portare cogerentur, miri ignaviā. Legitur in libro Zanedi in capite Helet, Legitur etiam in libro Sanhedrin in cap. Helet. Quod dixit R. Iehudi, non veniet filius David, id est Messias, donec extenderit se regnum nequam, (id est, Romanum iuxta R. Selomonis glossam) super Israhel.

Dixit R. נָבָל Chula, veniat Messias, & ego non videam eum. Dixit R. Iose, veniat & vitam dignam ut sed eam in umbra caudæ asinæ eius. Dixit Abbaye ad Rabba, Quæ est causa, ob quam non vidi eum videre? nunquid propter passionem & tribulationem ipsius?

Et paulo post: [Sic etiam dixit R. Iohanan etiam facies superioris & inferioris familiae. In hora enim qua dixit Deus Sanctus & Benedictus, His sunt opus manuum meatum. Et quomodo destruam hos, propter istos? Dixit R. נָבָל Papa, ad hoc est, quod dixerunt homines. Cucurrit bos, & cecidit, & subfuerunt ei equum in stabulo. Hucusque traditio. Glosa autem R. Selomon exponens exemplum postremo inductum, sic ait, Cum bos cuiusdam curret, ecce dir. Substituerunt ergo equum loco ipsius in stabulo. Quod an ea non fecisset Dominus bonus & equi, tantum enim diligebat bouem. Postquam autem curatus est bos, graue fuit ei, equum de stabulo expellere, & ibi bouem reponere. Ita facit Deus Sanctus & Benedictus. Quando enim casus Israëlis contingit, dat Deus magnitudinem eorum gentibus mundi. Cum vero postea Israhel ad penitentiam revertitur, durum est Deo perdere eos, sc. Gentiles propter Israhel.]

Fatentur itaque Messiam pro Iudeis gentes in gratiam substituturum. Quod iam dudum esse factum, experientia docuit.

## VERVS 8.

Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via: alijs autem cædebat ramos de arboribus, & sternebant in via.

## QVÆSTIO I.

Quis honor rebus ipsis Christo exhibitus?

S. 1. Affectu multitudinis honor penitus est. Vestibus asinam sternunt, & pullum, ramos cædunt, & viam ornant: plurimi autem faciendum, quod ait, plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via. Luc. 19. 37. Turbam discipulorum fuisse ait, quod non nisi stricte de Apostolis, aut septuaginta discipulis intendit intelligendum est, sed de omnibus, qui eius doctrinam quebantur. Magnus ille honor fuit, & nulli Monachæ exhibitus, vt palliis viam sternerent prope viam, non defuisse preciosa pallia consentaneum esse credere, multis ex principibus in eum credentibus. Iehu cum ad regnum euerteretur Sodales ex palliis thronum fecerunt 4. Reg. 9. Caronis abeuntibus pedibus mil-



tos, quod Deum se diceret. Aliorum igitur aliqui in eum credabant: & Deum esse sibi persuaserant. Non igitur omnium illa ignorantia. Deinde Apostoli Deum esse credebant, ut ex Petri confessione manifestum est. ac auctoribus, & magistris Apostolis acclamatio cepit, forte in turba erat Lazarus, Magdalena, Martha; nam auditia Lazari refutatio maxime commota est ciuitas. Deum igitur iudicabant, qui mortuos resuscitare posset. Qui ergo Deum credebant, eum inuocabant vt Deum, qui nondum hoc edociti mysterium erant, salutem poscebant vt a Iesu salvatore & Christo. Idque prae cunctis Apostolis & discipulis, qui Deum credebant.

Secundum argumentum non probatur, cum Deum non esse. Benedictum enim Deum, & homines dicimus. A Spiritu sancto vox illa est. Benedic tu in misericordiis, & benedictus fructus ventris tui. Nec obstat, quod venire dicatur in nomine Domini. Sæpe ille

Benedictus contestatur, se venisse in nomine Patris sui, & tamen Deus & se esse idem cum patre profretur. Absit vt sibi diuinitatem detrahere cum dicamus, cum misericordiam se dicat

à patre. At ignorabat ista Israelite. Multi ignorabant, at illi, unde orationis initium fluxit, & iudebant. Eos alii sequerantur, & si non expiessi, yr a Deo, certè vt a Salvatore Messia salutem orabantur. Non tamen tam magna erat ignoratio diuinitatis Messiae, quam nonnulli ex recentioribus imaginantur. David certe Do-

Messie non minum suum appellat, & Psal. 15. Chaldea parph. omni*in*-

gnora*erat*. faciolorum, regnum forte, scriptum regnum. Et in Rex Mef-

shebo, quoniam dilexisti iustitiam, & odist iniquitatem, pro-

perea vixit te Deus olo latice pre confortibus tuis. Thronum illi æternum tribuit, & diuinitatem, vt in eius

Psalmi expositione ostendi. Quin & in expositi. mi-

nore super Genes. Et in Midras Thehilli super Psal. 90. in glossa R. Nechmia. & in Zanhedim super Isa-

iae 23. Deinde Rabbi, qui isto nomine per antono-

mias in signitur, quemque illi sanctum habentis:

**¶** id est, iste scilicet Messias, est duo, Deus scilicet & ho-

mo, vel duo natura in Messia unita, diuina & humana. Es

tres sunt generationes harum naturarum substantie, verbum

Dei, anima rationalis, corpus humanum. Idque probat ex

Psal. 71. quod Israelite cum formidatur essent ante

solem. In eo enim quod ait: cum sole, & ante Lunam coniunctionem humanitatis & diuinitatis in Messia

indicat. ante Lunam R. Salomon interpretatur ante regnum David. Sic & Rabbenu Haccados, Magister

noster Sanctus, vt cum appellant Hebrei, in libro

**¶** galeaz. Reuelante arcana: mira cabala diuinitate Christi colligit, sed tamen aperte est re-

stimonium, quo interligamus veteres Iudeorum de

si Messiae diuinitate fusse institutes. [Quemadmo-

dum, inquit, litera **¶** he, componitur ex **¶** Daleth, & **¶** vau. Ita Rex Messis componiatur ex diuinitate & hu-

manitate. Et sicut hæc duo **¶** he sunt duo daled, & ab his procedunt duo **¶** vau, tanquam duo filii, qui ab ipsius

orientur. Ita in substantia Regis Messiae innenatur

duo filiationes, quarum una est diuinitatis, qua

Dei filius est: altera est humanitatis, qua erit filius

Prophetie, de qua dixit Elias oclauo cap. Et accel-

lit ad prophetiam, & concepit & peperit filium. Et

sicut harum literatum **¶** Daleth, & **¶** vau, qua confi-

ciunt **¶** he, vnaquaque distingueatur ab altera, quan-

quam ambæ sint una littera. Ita in Messia, substantia

diuinitatis distincta est à substantia humanitatis, &

econtra. Que duo simul iuncta sunt Messias. Hæc

illi non dico quam firmiter probent, sed quam diser-

te afferant, nobis cogitandum esse.

Et in Psal. 18. in Midras Thehilli. Messias dicitur

homen Dei, nempe **¶** vau. Et R. Moses Hadarsan in

Gen. 41. Non statuimus nomen Dei hic dictum, nisi Rex Mef-

sis, nomen Dei est Iehoua, seu tetragrammaton, quod sibi dicitur conuenit. Sic Ierem. 23. Thalmudista Messianum aucti vocari nomine tetragrammaton. Deus iustus noster. Sic & Thargum Ionathæ. & R. Jonathan filius Vz. elis in Isa. 28. Et erit Deus exercituum in coram. &c. Verum, in illa tempore erit Messias Deus exercituum. Vbi cuiam **¶** vau nomine tetragrammaton.

Hinc etiam nomen **¶** vau Schadai omnipotens, Messia tribuebant.

S. 5. Tantum vero debet, vt haec acclamatio diuinitate Christum priuare dicenda sit, vt portus hinc lam prisci assertur. Test Julian. Laudatus Proximus cap. 17. ex his Christi probat diuinitatem. Quapropter gloriam gloria sunt facti existentia ueritate, patrem in filio nos egisse, quam filium in patri, dicente ipso Domino. Egredi enim patri mei nomine. Item ad ipsum patrem: Nomen tuum magnificasti hominibus. Condicione etiam Scriptura: Benedictus qui venit in nomine Domini, utique filius in patri nomine. Et nomen Patri. Deus omnipotens, Altissimus, Dominus virtutum. Rex Israels, qui est, quatenus ita Scriptura predicit. Haec dicimus & in filium competit, & in hu filium resili, & in his semper egisse, & sic ea in se hominibus manifestata. Omnia inquit, Patri meas sunt. Cui non & nomina? Cu ergo Deus omnipotens, & altissimum, & Diuinitutum, & regem Israels? & qui est? Videlicet per haec filium iam demonstratur. Suo iure Deus omnipotens, quia semper Dei omnipotens, quaque omnium accepit potestatum. Altissimus; qua Dextra Dei exaltatus fuit Petrus in actu coronatur. Dominus virtutum, quia omnis subiecta sunt illi appetere. Rex Israels, quia illi proprio exercitu fors genitissima. Itaque filius a patre non separatur, sed eisdem est potentia, eiusdemque diuinitatis. Et Deus omnino quemadmodum & Pater.

Dénique citatur Isa. 44. 5; à Laetant. 1. 3. c. 9. & ibi nos habemus: Rex Israël, apud 72. cib. Deus. Rex Israël, de Messia autem omnes intelligebant, & addicunt Redemptor. &c.

S. 6. Quod vero tertio loco obsecutus est eodem sensu Davidem & hunc populum verba Psalmi promulga, id maxime pro veterum sententia facit. Sic enim statuo: Propheta Daniil in Spiritu Sancto Christum Deum agnouit, & adoravit, ab eoque salutem petivit, quem sciebat fore Salvatorem; at eodem sensu & significando Apostoli & populus, adeoqueque iuventu in templo clamavunt. Nam eos in spiritu sic clamassem vaticinum David indicat, Ex ore infantium, & latentium prefici laudem: Quin & doctores eo fundamento videntur. Itaq; hoc ostendunt domus a David ne modo Deum patrem, sed etiam Messiam inuocatum. Hoc enim si ostensum facit, facile concident. Apostolos, populumq; non auctorasse orationem à Christo. Verba Psalmi sunt à v. 21. ad finem vsque. Confitebor tibi quoniam exaudis me: & factus es mihi salutem. Lapidem quoniam probaverunt adiungentes: hic factus est in caput anguli. De mino factum est istud: & est mirabile in oculis nostris. Hæc dies quam fecit Dominus: exultemus, & latemus in ea. O Domine saluum mes fac, o Domine bene prosperare: Benedic qui venit in nomine Domini.

David hic appellat lapidem ipsum Christum, ut constat ex ipsam Christi Domini interpretatione, qui sibi applicat, vt facit & Petrus. Sic & Christus se laetum factum dicit in salutem. addit: Deus dominus & illuminat nobis. Et Deus mens est tu. Christum igitur inuocato & Dominum, & Denim appellat, verbis antecedentibus, & sequentibus v. 25. & illo verso de Messia agit. Sic interpretatur S. Augustinus, Dominus ille qui uenit in nomine Domini, quem reprobauerunt adiungentes, & factus est in caput anguli: Mediator ille Dei & hominum, homo. Christus Iesus Deus est, equalis est patri & illuminat nos. & quod credidimus intelligemus, & vobis nondum intelligentius, sed credentibus enunciavimus, re autem ex vos intelligimus.

Davidem

Datidem pro se orasse, & populo, non pro Messia clarus est, quam ut interpretatione egeat, eodem ergo modo discipuli pro se orarent, non apud Deum pro Messia intercesserunt. De David textus sine glossa in dicat. v. 21. *Faillus es mihi in salutem, quoniam exultime, rogauit ut sibi esset in salutem.* v. 24. *Hæc dies, quam feci Dominus, dies salutis hominibus praestata.* Deinde ab initio iuber confiseri Domino, quoniam bonus, &c. & v. 5. exauditus se ait, & v. 6. *Dominus mihi adiutor.* & v. 7. sequentibus, *vltum se inimicos ait, Domino adiuvante. Se à Domino suscepimus, à Domino exaltatum,* non traditum. At vero Davidem in periculo confratum orasse, ut Deus Messiam salvum facheret, id vero miruvi videri non immerito debet, cum Deum esse sciret, qui assumpta carne Messias venturus fuerat. Hoc ipsum etiam nostram sententiam confirmat, quod diebus tabernaculorum ista canebantur, & eo pertinet, quod ait: *Constituite diem sollemnem in undens, hoc est frondosum tabernaculum, at illo die profequisque & familia orabat, Saluum me fac.* Non pro Christo futuro intercedebat. Denique Catholicos minor dicere Davidis verba pro Christo esse orationem, cum Latina versio habeat: *Saluum me fac,* quo offenditur pro se orasse Davidem. Nam reuera *cōsor* est enim qui in periculo estreuerit.

§. 6. Multo difficultius est, quod ex contextu formant argumentum. Dicunt enim: *Ozanna filio David,* Syriacè etiam tertio casu *לְבָנָה labberech.* Hic alias sensus esse non potest; quām, *Salua filium David.* At *שׁוֹרֵת* accusativum & dativum habet. Sic Psal. 85. 16. sic Iosu. 10. 6. Deuter. 22. 27. Proverb. 20. 27.

Varia sunt responsiones. Quidam quanto casu legendum censem, *fili David;* sed illis contradicunt omnes omnino codices, qui consensu tertium casum habent. Altera interpretatio Ozanna significare ipsas frondes, itaque sensum esse. Ozanna, id est, frondes Christi filio David, sub auditu, fetimus, ferre, & ei qui est in altissimi: ita Caninius de locis noui testamenti. Iudeos sic acclamasse in festis tabernaculorum satis confit, & in libris orationum illa saepe ingeminant. Frondes appellati etiam satis constat; nam & Syri Dominicanum Palmarum, vocant, Dominicam Ozanna, quanquam fieri potest, ut à voce clamantium non frondibus sic appellent, ita etiam Thalmud libro & feto tabernaculorum. Quamvis autem id dici poset, non tamen dubitandum est, Spiritum Sanctum respexisse, & eum à quo salus esset offendisse. Alii aiunt imperatiuum illum, cum additur *אֶל*, bene precantis, plaudentes, bene omunitantes esse. Quae sententia non ab ludibrio illa quatuor dixi Augustini esse. Perinde enim est, ac si diceretur, *אֶל, Euge, ô bene filio David.*

Alii solà distinctione rem componunt. Sic enim ex cursum ordinant. Dicentes, Ozanna, filio David. Hoc intelligentes filio David: *Ozanna, Salua obfero.* Hæc distinctione tamen nullo nunc in libro est. Veteres tamen eos habuisse vix dubium est. Verum Euangelistæ non solent absolute Christum filium David appellare, sed tantum cum aliiorum verbis recitant, ita & v. 16. puerorum vox est: *Filio David,* non Euangelista. Marcus illud: *Filio David, omittit, tantum enim habet: Ozanna,* quod indicio id etiam solum dictum esse aliquando, ut fieri solebat in festis tabernaculorum, vbi apud omnes pronunciabatur, quod si quispiam contendas, cum huc sensum esse, conuincent non poterit.

Proprius tamen sensus est ex consuetudine, & more loquendi Hebreorum accipendus. Hoc enim dicunt: *Salua nos filio David.* Nempe venit diu promissus Israeli Christus, filius Dei, cuius regnum erit optimum & felicissimum, illi nos regi serua: Hoc à Deo, hoc à Christo petunt. Serua nos ô Messia, filio David,

serua nos liberatos à gentium impiarum imperio, vt tandem filio David seruamus. Ita ut vox illa sit omnium rogarium, & Dei filio, regi nostro, filio David se suaque omnia offerentium. Hoc ramorum spatio, hoc vestrum proiecito significabat. Nec peregrinum hoc videri debet, nec inauditum. Ecclesia Romana sic interpretata est, in Antiphona ultima ad laudes die palmarum: *Cum Angelis & pueris fideles inueniamur, triumphatori mortis clamantes Ozanna in excelsis.* Triumphantor mortis est Christus, illi clamamus, vt nos sibi seruemus. Sipue illi acclamant, ab eo salutem sibi petunt. Nec aliter loqui solent Heb. axi. ita i. Reg. c. 25. 26. *חֲרוּשׁ יְהֹוָה לְלִי וְהַרְשָׁעָה לְלִי*. Et seruauit manum tuam tibi. & v. 33. *& seruauit manum meam mihi.* Nam frequenter utrantur dativo, cum aliquo modo ad alios pertinet id de quo agitur, vel ad ipsum agentem. Hic igitur non hoc querunt, vt saluentur simpliciter, sed saluentur Christo filio David, vt ei seruant, quasi eius mancipia, & possessio. Itaque salus hic à Christo petitur, ut omnes veteres cum Hieronymo interpretantur: & deinde qui ab eis acceperunt. Beda, Thomas, Lyranus, Hugo, Abulensis, Carthusianus, Anselmus, Toletus, Barradius.

§. 7. Cæterum quæ hunc in locum Hieronymus commentatur Epistola 14. ad Damasum, hic addere vixum est. Et primo quidem, si singula verba species, Hilarii sententiam ostendit in verbis non esse. Deinde pergit: *Ita & nunc ex Hebreis codicibus veritas exprimenda est: unde in hac vocem vulgus & maximè consonanter se parvularum turba priuiperu, dicens Matthæo:* Turba autem quæ præcedebant & sequebantur, clamabant dicens: *Ozanna filio David: benedictus qui venit in nomine Domini, Ozanna in excelsis.* Marcus vero ita posuit: *Clamat dientes Ozanna: benedictus qui venit in nomine Domini: benedictum quod venit in nomine Domini, regnum Patris nostri David, Ozanna in excelsis.* Iohannes quoque pari voce consentit: *Et clamabant Ozanna: Benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israël, Solus Lucas verbum Ozanna non posuit, in reliqua interpretationi parte consentiens.* Benedictus, qui venit Rex in nomine Domini, Pax in celo, & gloria in excelsis. igitur ut diximus, ipsa Hebreæ verba ponenda sunt, & omnium interpretum opinio dirigenda, quo facilius, quid super hoc sentiendum sit ex retractatione cunctorum, ipse sibi lector, quid sequatur inueniat. In centesimo decimo septimo Psalmo, ubi nos legimus. O Domine Saluum me fac, ô Domine bene prosperate: Benedictus qui venit in nomine Domini: In Hebreo legitur: Anna adonai, Ozanna, anna adonai, hazlianna: Baruch habla bafem adonai. (Verba Psalmi Hebreicæ supra positæ sunt.) Quod Aquila, Symmachus, Theodotion, & quinta Editio, ne quid in Latina mutata videamur, ita exprimit: *וְיַעֲזֵב כָּוֹסָר בְּדָאָן וְיַעֲזֵב כָּוֹסָר בְּדָאָן וְיַעֲזֵב כָּוֹסָר בְּדָאָן.* Sola sexta editio cum interpretatione septuaginta ita congruit, ut ubi ceteri posuerunt *וְיַעֲזֵב* illi scriberint *וְיַעֲזֵב.* Et quia Ozanna, quod nos corrupte propter ignorantiam dicimus, Ozanna, saluifica siue saluum fac, exprimatur, omnium interpretatione signatum est. Nunc illud in curâ est, quid sine affectione Saluandi, sibi anna sermo significet. Scindamus quod in hoc loco ter dicitur anna. & primum quidem ac secundum eisdem literis scribitur, aleph, nun, he, tertium vero, he, nun, he. Symmachus igitur, qui in centesimo decimo Psalmo, cum omnium interpretatione consenserat, ut nobis manifestorem tribueret intellectum in centesimo decimo quarto Psalmo, ubi dicitur: O Domine libera animam meam. Ibi autem septuaginta *וְיַעֲזֵב* ille obsecro transtulerunt. Aquilæ & ceteris editionibus *וְיַעֲזֵב* interpretantibus, in Hebreo scribitur anna, verum ita ut in principio, aleph habeat, non he, ex quo animaduertimus, si ex aleph scribatur anna, significari obsecro; si autem ex he, esse coniunctionem, sive intonationem, que apud Græcos ponitur.

nitur ἀστικῶς, cuius interpretationem latinus sermo non exprimit. Sed quoniam haec minutia & ipsius modi disputationis arcanum, propter barbariem lingua pariter ac literarum, legenti molestiam tribuunt; ad explanandi compendium venio; ut dicam de centesimo decimo septimo Psalmo, qui emanasse de Christo prophetat, & in Synagoga Iudaorum ceterim legebatur, unde & populus notior erat, hos versus esse assumptos; quod ille, qui reprobavitur de genere David, venerit saluatoris Israel, dicente David. Lapidem quem reprobaeunt edificantes, hic factus est in caput anguli, à Domino factus est hic, & est mirabilis in oculis nostris. Hæc dies quam fecit Dominus: exultemus & lætemur in ea. O Domine Saluum me fac: O Domine bene prosperare: benedictus qui venit in nomine Domini. Benedicimus vobis de domo Domini: Deus Dominus & illuxit nobis. Unde & Euangelistarum Scriptura commemorat, Phariseos & scribes super hoc indignatione commotos, quod viderent populum, Psalmi Prophetiam super Christo intelligere completam, & clamantes pueros. Osanna filio David, dixisse ei: audis quid isti loquuntur? Et Iesum respondisse: Nunquid legisti quia ex ore infantium & lacientium perfecisti laudem: centesimum decimum septimum Psalmum, octauum Psalmi assertione firmantem. Et de eo quidem quod facile exprimere poterat; Benedictus qui venit in nomine Domine, omnium Euangelistarum Scriptura consentit. De verbo autem Osanna, quia in Grecum non poterant transferre sermonem sicut in Alleluia, & in Amen, & in plerisque factum videtur, ipsum Hebreum posuerunt, dicentes Osanna; Lucas igitur qui inter omnes Euangelistas Graci sermonis eruditissimus fuit, quispev miedicus, & qui Euangelium Graci scriperit, quia se vidit proprietatem sermonis transferre non posse, melius arbitratus est tacere, quam id ponere, quod legenti saceret questionem. Ad summam scutis nos in lingua Latina habemus interiectiones quasdam, ut insulari dicamus, yah, & in admirando, Pape. & in dolendo, heu. & quando silentium volumus imperare, stridulus dentibus spiritum coartamus, & cogitamus insonido scilicet sibilum. Ita & Hebrei inter reliquias proprietates lingua sue habent interiectionem, ut quando volunt Dominum deprecari, ponant verbū perenni affectu, & dicant: Anna Domine, quid se priuaginta dixerunt: O Domine יְהוָה Hosiah, ergo salufica interpretatur. Anna interiectione deprecantis est. Si ex duobus his velis compositum verbū sacere, dices: אָנֹה יְהוָה Hosanna, siue ut nos loquimur, Osanna אָנֹה media vocali littera elisa, sicuti sacere solemus in verbis Virgili, quando pro Menin incepto deflere vitam scandimus, Menin incepto. Aleph namque litera prima verbi sequentis, extremam verbi priori loci inueniens, exclusit. Quapropter ut ad questionis originem revertantur: Vbi nos legimus in Latino: O Domine saluum me fac, o Domine bene complace: benedictus qui venit in nomine Domini: iuxta Hebreum sensum legere possumus, obsecro Domine Saluu fac, obsecro Domine prosperare: Benedictus qui venit in nomine Domini. Saluum autem fac dicitur, ut subaudiamus populum tuum Israel, sine generaliter mundum. Denique Matthaeus, qui Euangelium Hebreos sermone conscripsit ita posuit, אָנֹה Osanna berama, id est, Osanna in ecclesiis: quod Saluator nascente, salus in cœlum usque, id est, etiam ad excelsum pervenerit, pacem autem non solum in terra, sed & in celo: ut iam dicit aliquando ceſſare, Inebriatus est gladius meus in celo: Haec interim iuxta mediocritatem sensus mei, breuiter, stridulimque dictavi: ceterum sciat beatitudo tua, in istius modi disputationibus molestiam in legendō non debere subrepere: quia facile & nos potius aliquid ementiri, quod ex una voce solueret questionem, sicut & ceteros fecisse monstravimus: Sed magis concedet, ob veritatem laborare paupiſſer, & peregrino aurem accommodare sermoni, quam de aliena lingua fictam falsamue referre sententiam.

In Hieronymo hic magnopere notanda diuersa lectio in Hebreis; nam ita ut ille legit, & literas e-

numerat, non leguntur. ut ne puremus Hebrewum textum inuariatum permaniffe, ut etiam notauit Vigorinus in Hieronymum.

Deinde, in 70. nunc eam esse lectionem, quamille tribuit Aquila, Symmacho, Theodosioni, & Quinto editioni.

Tertio. Saluum, subaudit, populum Israel, sene generaliter mundum.

## VERVS 10.

*Et cum intrasset Ierosolymam compta est universa ciuitas, dicens: Quis est hic?*

## QVÆSTIO I.

*Quomodo testimonium Domino datum a turba?*

§. 1. A monte Oliveti insigni pompa progressa Dominus est, iam pluribus concurrentibus, vestes frondesq; spargentibus, & voce personatis, *επένδυσεν τὸ πόδον*, commota est tota ciuitas, qui magno concita tumultu, odio & inuidia principum accentu: Quarum itaque impii, & principum tuorum adulatores; *Quis est hic? Responde turba Iom. 11.* Hic est Iesus Propheta à Nazareth. Magna autem causa se honorem illi habere protelat. Deinde ad Prophetias inquirendas excitat, dum proprieſtissimus prædicat. H. e. querere solent, cur ad tantum tumultum praesidium militare se non commoueret? Quomodo cunis regem Israel, & filium David vocari audirent: non quasi in reum Maiestatis infundirent?

Respondeo. Dei præsentis numine cohabitare, & principum, & sacerdotum potentiam, ne immenso exercitu quicquam turbarent. Quemadmodum videamus, nec contra Iohannem quicquam eos mouisse, quamvis tota Ierosolyma, & Iudea ad eum egredieretur. Deinde compotum videbant, & inermi pietatis agmen. Nouerat etiam Pilatus Christum nihil contra pietatem molitum inquam, sed principum odio premi. Quod vero Rex Israel diceatur, id h. l. de moribus, Philosophia quadam, & religioni s'interpretabant. Nihil occulte coitionis, nihil armorum, aut virtutum apparebat. Omnem Christi doctrinam tantum pacis, & pietatis esse iam certo audierant, principes gentis, & potentes, à quibus omni morali quis possit, infestos illi esse tricebant. Affuet autem erat Iudeorum festis, concursibus, tabernaculis, cubis, ut nihil illis mouerentur, cum omnes inermes essent. Addo in Ægypto multo plura eiusmodi agitata folia, ex quibus tamen seditionem non timeant. Voces autem illas Osanna, benedictus, qui venit in nomine Domini, regnum David, & similia, non intelligebant, si qui aderent Romani, aut tanquam superstitiones irridebant.

## VERVS 12.

*Et cum intravit Iesus in templum Dei, & cyciebat vendentes, & clementes, in templo, & mensas numulariorum, & cathedras vendentium columbas evenerit.*

QUESTIO

## Q V A E S T I O . I.

Quammodo ecclit vendentes & ementes ē templo?

S. 1. DE atrii templi, partibusque hic non est descendendi locus. Erat enim sanctum sanctorum, deinde sanctum, quae testae erant, deinde atrium sacerdotum, in quo altare holocaustorum, & aliarum victimarum, tertio atrium in quo Iudei, quarto, aliud in quo gentes, multe porticus, exedrae, aedes, quae omnem templo sericebant, in his illa vendebantur. Sed quia mundinaciones, expilations, & fraudes multæ committiebantur, voluit Dominus longe abesse à sanctorario negotiationis. Graues porro f. audie se exerceri solitas in expectationis aperitus edocer. Cum dicit dominum hanc factam speluncam latronum. Dominus orationis dicitur latae 56.7. Quia domus mea, domus orationis vocabitur cum cœli populis. Cur non obstat inimicis violentie multi, causam reddit Chrysost.

Sunt, Ioseph. l. 27. c. 11. antiqu. vbi in templo multitudine concitant, & laxis occidunt milites, qui ad eos compescendos venerant. Cumque festum, inquit Iosephus, instaret, quo patrium est iudei non vesigermentatis panibue, Cades in Ecce. Sed iusti deploratores legie doctorum iudei ac Matthei contemptu. globari in templo permanebant, non deficiente viatu, quem illos non pudebat mendicato querere. Tunc Archelaus veritus ne ad granum aliquid eorum insolentia procederer, mittit tribunum cum cohorte, qui compesceret homines, prinsquam casera turbam brutorum suroris inficeretur contagio. Et si quorum eminenter in concienda seditione seroccia, illos ad se adducerent. In hos turbatores illi clamoribus & horribilibus plebem exasperauerunt, & serientes saxi plerosque occiderunt. Pergit narrare, quomodo tria millia occisa sunt, & quidem in templo.

Inter crimina autem Archelai recensentur cades in templo lib. 17. cap. 11. Maxime autem exaggravabatur in sacro loco perpetrata cades impia. Id est, die festo, quando tam hospites quasi indigenæ victimarum more mactati sunt, & templum cadaveribus repletum, non ab externo. &c.

Paulo post eum legione, cui Sabinus praerat, ad templum pinguedinem est, & porticus inc. nse. Sacra Porticus pecunia conditorum direptum, vt est apud Ioseph. incenso. cap. 12. Iudas Galileus, & Sadocus latrociniis gentem vexant, & templum incenditur, cum in eo cades fierent. vt idem l. 18. cap. 2. & cap. 3. offa per tempora sparsa. Cum interim in singulos pene annos Pontifices mutarentur, qui precio & fauore Romanorum eo aspirabant. Omnes autem miraculi attoniti, & timore perculsi unum figiunt, & damnata taciti ferunt. De veditione victimarum in templo, est in Thalmud tractatus c. שְׁלָלָל Schekalim. Hoc est Sicli: ponderationes, &c.

S. 3. Zwinglius auaritia sacerdotum hæc in templo allata memorat, & ne calumnia desit. Hoc in Papatu, inquit, factū videmus nam & raptia, & furio ablatia & usurpā parta, omnia in corbonam Pontificij ingerabant, modo ipsi hinc partem aliquam haberent, addit: Fraudatos pauperes, idola magna sumptu exornata.

Respondeo. Furorum, & raptorum bonorum detentores, nos ex animo, usurariosque detestari. Furio & rapina, si qua illata sunt, ab ipsis aris detrahenda & dominis restituenda. Pauperes ita iudicandos non docemus, idola abominamur, imagines & reliquias de diuturna liberrima donatione exornamus. Si quis luc a religionē sectatur, & ignorantia simplicium ad suum quæstum abutitur, latronum loco habemus.

Nec vendentes tantummodo & ementes Sancta, gracie admittere scelus dicimus, verum etiam in templo, ambulantes, fabulantes, profana tractantes, quæ cum haec tenus non modo multis locis populus, sed clerici et am fecerit, bellis, exiliis, vastatione contumeliam Deus vicitur, & quia manus eius adhuc extenta, non est, quod contemptu Numinis impunitatem sibi quisquam polliceatur.

## V E R S U S 16.

*Andis quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis. Vtique, nunquam legeris. Quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem?*

## Q V A E S T I O . I.

*Quid indignantibus respondet?*

S. 4. ALienā laude vritur inuidia, & odium summa Arabie acceditur, quod sibi perire videatur, quicquid Christo acquiritur. At Christus à Deo constitutum

tum esse docet, adeoque prædictum, & ita esse miracula monstrabant.

In Psalmo 8.3. in Hebreo est יְהֹוָה יְהֹוָה iisrahtha ghoz, fundasti fortitudinem, ubi 70. καθηλεων αλον, apafsi, vel concinnasti laudem. Syrus habet Ταχναθ à γρα φορον quod est preparare, stabilire. De illis verbis suo loco disserui, nunc id solum moneo, improbos esse qui hic veterem interpretem, & 70. car-

*Pueri Spiritus* punit, cum Christus eam interpretationem sequatur. *ritus sancto* Porro adulti laudationem inchoarunt, secuti sunt instincti pueri, & infantes; non tam naturali imitandi consunt locuti. Suetudine, sed inspiratione diuina, omnino enim à Deo decretum erat, & à Prophetæ prædictum. Adeo ut si sacerdotes lapidibus duriore impedit plausum conarentur, lapides ipsi locutui suerint. Et si enim factum non est, fieri tamen potuit. Non autem de re puerili, & fortuita, sed singulari Spiritus Sancti opere locutus est Danid. Per ταύτων vocantur, infantes, non quod sari non possent, sed quod pueri essent, quibus sandi ius non esset, quod suarum verum arbitrii per etatem nondum esse possent. Per hos ergo loquitur Spiritus Sanctus, quorum animos malignitas & liuor nondum infecit.

§. 2. Rigidè agunt, & pro imperio, vanitatis enim illum accusabant, qui ambitione suentes insonti ne cœnū meditabantur. ἀκέστεροι δέ γε οἱ αὐδίς, αὐδίς οἱ διάκονοι: alia exemplaria, εἰς αὐδέσις; non αὐδίς?

*Monent Christum.* Quod si infantes nondum per etatem articulatæ loquentes esse dicamus, cum Chrysostomo, & Euthymio, maior Phariseorum contumacia merito iudicabitur, qui ne illo quidem miraculo dignitatem Messiae agnoverint. Sed male lactentes eos dicere, qui iam formare voces didicerant. Poterat vero illis merito obici, auditus, quid isti dicant? Quomodo ad diuinæ potentie vos instruant agitacionem pueri doctores Israëlis? Quin etiam gentium vocacionem, in hymnodiis infantum Chrysostomus figurata ostendit. Quā rectissime Ex ore dictum est: non enim ex mente illorum illa verba procedebant, sed virtute ipsius, tenera illorum lingua ad formandæ hac verba ducebatur. Quares balbientes tunc gentes, que post ex fide maxime sonuerunt, figurata significavit. Apostolos quoque nimis confortauit. Nam ne ambigerent, quomodo rudes homines tantam rem potuerunt prædicare, hoc infantium exemplo. Vniuersa huiusmodi mentis angustia sedari potuit, cum dubitare nequissent, quin & ipsis facultatem dicendi daturus sit, qui parvulos fecerat eloquentes. Adhuc natura quoque dominum atque creatorem, miraculum demonstrabat. Infantes igitur quamvis matrum etatem non haberent, faustatamen & rebus supernis conuenientia decantabant: viri autem quasi furiosi loquebantur.

### VERSUS 17.

Et relictis illis abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam: ibique mansit.

### QVÆSTIO I.

*Cur in Bethaniam rediit?*

*In Bethaniam redit.* §. 1. NE maiore conatu præsentem oppugnarent, respandrati tempus dedit, & spaciū furor. Ea etiam causa fuit, quod eius præsens, & consuetudine profus esset indigni, qui tam impudenter tot miracula, & veritatem oppugnarent, propriæ gloria & quæstus gratia. Græsus ait in Bethania voluisse νυκτὸν περνοῦνται: quod etiam prudenter factum, ne ad hospitium tot milibus concurrentibus, sanitatem pertinetibus, & inter se disceptantibus, tumultus aliquis oriretur, atque etiam hospitem in aliquod peri-

culum induceret. Seditionis autem concitanda omnen suspicione amouit, quod dimissa turba in locum solitarium se recipiebat, nullos occulitos, aut nocturnos conuentus celebrasset, sed mane, Bethania publice in templum progressus salutaria doceret. Inimicis omnia audientibus.

### VERSUS 18.19. & 20.

Mane autem resuertens in ciuitatem esurijt. Et videns sic arborē unam secus viam, venit ad eam: & nihil inuenit in ea nisi folia tantum, & ait illi: Nunquam ex fructu nascatur in sempiternum. Et arefacta est continuofculnea. Et videntes discipuli, mirati sunt dicentes: Quomodo continuo aruit.

### QVÆSTIO I.

*Cur sicum arefecit?*

§. 1. Non simulata, sed vera famæ fuit, ut quia aut tenuiter refecit. Chrysostomus miraculo factum accepit etiam existimat, ut nouo miraculo loci esset. Undeunque & quoconque modo eluerit, satis inter plerosque conuenit veram fuisse, arguit, qua fatum omnium anxie desiderabat, typum.

§. 2. Fructum non inuenit; non erat enim tempus fructuum, vt Marci 11.13. habetur. Quod ignorare ne puer quidem potuit, sed miraculi occasionem quæsivit, vt discipulis iam morturus ostenderet, se rerum Dominum, & posse se tam facile omnium inimicorum vires uno nutu conterere, si mori iubaret, quam sicum arefacere. Hominem enim subito extinguit etiam arboreos non nisi sensim arescunt. Habet tamen & hoc factum mysterii significationem. Non enim ira, sed iudicio lignum arefecit. Apostolus recte ostendit, vt rationis modum, & vires sibi non defesse, sed in homines illis vni nolle. Perituros tamen ludæos, qui foliis cærimoniatum inanum nullo verspietatis conditos fructus haberent, folia enim fonsorum regendorumque fructuum causa data sunt. Chrysostomus in hunc modum exponit. Cum igitur gratia maledictæ est: certe vt discipuli considerent. Nam quoniam imper beneficia conferens, nullum inquam puniri, conuenienter autem vi puniendo virtutem aliquo exemplo monstraret, vt tam discipuli quem ludei sibi persuadeant, ut ipso posse sollemnando ipsam crucifigentes excicare, sed somnum sustinere puniendo virtutem non in hominem, sed in arboreum opportune nunc demonstravit. Cum autem loca vel plantæ, vel animantes ratione expertes, tale quid patinatur, noli curiosus, quare ita factum sit inuestigare. Non ergo vere, virum merito excicata sit sic, sed tempus non erat fructuum, delirationis id mili nempe videtur extrema, sed ipsum sollempmodo considerans admirare, & creatori gloriam reddere. Sic & in submersis porci rationem infinita diligenter inquirent multos fecerunt, quibus mens adhibenda non est. Sicut enim proportionatione sic & planta anima caret.

§. 2. Calamus nescisse putat, quæ arbor esset; sed eo sita est difficultas, ait, quomodo deceptus fuerit, fructum in arbore quarens, præsertim cum nondum esset, maturum fructibus tempus. Sed nihil absurdum est, si dicamus secundum hominem speciem arborei fuisse illi incognitam: fieri tamen potest, vt consueto accelerit, euentum non ignorans.

Respon-

Respondeo non ignorasse quæ esset arbor, cum in via esset, & crebrius vita, cum Martius esset, quoniam nec alie arbores fructus habebant.

Absurdum autem est, a borem ad viam positam, quam sipe transit, Christo ignorata, quia intima cogitatio, non norat, & absentia peruidebat. Ficūm esse ignorare non poterat, multo minus anni tempus ignorabat, quo nullus esse arbor, eos fēcūs maturos sciebat. Nequicquam igitur hoc factū ad veteres Agnōtārū hārēsēs reuocandas detorquet Calvinius, quem etiam Zwinglius in eodem errore antecēs̄it, lectus est Beza, Danœus, Iunius. Quamvis Danœus infusam, & beatam Christo scientiam concedit. Stolidē tamen imaginatur, nūfī Christus ignorantia obnoxius sit, fore illius scientiam diuina parem. Non enim utriusque obiectum distinguuntur. Christus enim per humanam scientiam p̄fētūra nouit, & futura, quæ Deus cognoscit scientia vilioris, non possibilia, non Deum ipsum comprehendit. Absit fane, vt animæ Christi omnisciens, & omniscientialiter inesse dicamus, aut id posse, quod portentinera.

Caluimus porro Augustinus refutat. Serm. 44. de genibus Domini. Tales non in schol. Christi eff̄ debemus.

Qui enim dicit Christum propterea tantum fecisse miracula, quod non eff̄it tempus potiorum, quando sicut quisuit in arbore. Non enim erat illius pomii tempus sicut Euangelista testatur. & tamē epius poma quisuit in arbore. Christus neſiebat, quod rūſius ſciebat? Quid nouerat arboris cultor, non nouerat arboris creator, cum ergo epius poma quisuit in arbore, ſignificauit aliquid aliud ſeſurire, & aliquid aliud querere: & arbore illam sine fructu ſolitā plenam reperit, & maledixit, & aruit. Quid arbor fecerat fructum non affero. Qua culpa arboris infiſcunditas? sed ſum, qui fructum voluntate dare non poſſunt. Illorum eiſa culpa ſeruit, quorum ſcienditas eft voluntas.

Omnis creatura accidens eft. Millies clamat Aristoteles in Physicā eft non ſolū, ſed etiā ſeſuſ, non ſubſtantiam, ſed accidens. Solius Dei ſcientia eft & ipſa Deus, eſſentia Dei. Longe etiam abſimus ab errore Vbiqūitarū, qui diuinam ſcientiam, & omnipotētiam realiter humanitatē communicatam eff̄ ſomniāt.

Porro quod Danœus ſententiam de omnisciencia Chriti nefandam hārēſin Apollinaristarū, & Monothelitarū vocat, ſuam ipſe cum malevolentia inſeniātūam prodiit. Hāretici illi in Chriſto negabant eft in eo dicitur, humanam mentem, eius in locum in hōyō, vēnum ſubſtituebant, itaque veniū hominem Chriſtum eft negabant, non enim caſo hominem facit. Ita Apollinaristarū at Monothelitarū humanam in Chriſto voluntatem inficiabantur. Nos Chriſtum verūm Deūm, verūm hominem corpore & anima, quæ mentem & voluntatem habeat prædictū conſituent. Diuinitate prorsus omnia ſcientiam poſſibilia, humāna ſcientia, omnia p̄ſenſiū, p̄teritia, futura cognoscere dicimus, cum fit Dōminus, iudex, gubernator omnium. Quod vero addit. Quid (p. 275.) ſentient & ſcribunt, aut eſſentialiter illam omniscienciam anima Chriſti, qua homo eft, competere voluit; & ſic animam Chriſti Deūm, ſed nouum & recentem conſtituent, ac proinde ſunt idololatria. Pl. 81. v. 10. Rōm. 1. v. 20. Galat. 4. v. 8. aut acci- dentaliter, nempe partcipatiue, communicatiue, & pereſſiōneum, ſicut Bellarminus loquitur, & ſic euādunt Vbiqūitarū. Reſpondet noſter Greſerius. Animam Chriſti creatuā non in creaſa ſcientia donatam. Alio priorius eft Vbiqūitarū ratio, qui diuinam omniscienciam exētraque attributa realiter humanitatē eff̄ ſomniāt.

Adami Conzen in Ewang. Tom. I.

§. 3. Zwinglius Ierosolymorum excidium ſic uis arboris parabolā predictum existimat, vnde concluſit fabulas eſſe, quæ de reſtitutione corporalis Ierosolyma nugantur.

Reſpondeo. Ficūm arefactam non modo Ierosolymorum, ſed generatim Iudeorum eſſe typum, ſeu gentis Israelitice: In hunc tamen modum applicandum parabolam: ne dicamus omni proſuſu fructu Iudeos caruſſe, atq; omnem plane vigorem spiritalem extinctum eſſe, vt nulla reDeo placet. Quasi nullus in æternū ex Israel, vel ciuibis Ierosolymitanis ſit <sup>Nō omnes</sup> conuerterendus. Multi enim ab Apoſtolis cōuerterunt, Iudei ſine multi etiam indies conuerterunt, & circa mundi finē fructu. plenitudo Iudeorum Ecclesiām ingredientur, vt Apoſtolum in Epifola Romana prophetat. Deinde in ea vībe mansit nobilis Christianorum Ecclesia, & post vaſtationem in hōdiernum vsque diem Christiani eo in loco resident. Similitudo in eo igitur cōſiſtit, quod quemadmodum ficūs exaruit, qua ſola folia ſine fructu habuit, ita Synagogam quoq; ſolis cārimoniis, & extēris ritibus, ſine Spiritu Sāti fructibus ſe non reſiſte efferentem, eſſe defitaram, non reſtituta republika, tueretur legibus eius, vſque in æternū. Non igitur de lapidibus & lignis fermo eft, ſed de republika ſacra, & profana, quæ non eft in particibus.

Hæc ita defit, vt reſtituenda nunquam ſit, cīuitas ad tempus reſtituerit, fed maiore Iudeorum danno. Cum enim iam fructu deſeret, frondes autem, & folia ad fructuum duntaxat turelā, & ornatūm datae ſint, vt poma ſoueant, à frigore, & calore defendant, noluit fructu illa Deus adere, nec ornari arbores ſine cauſa: illa ergo decuit ſubtracto ſucco voluit, vt apparet rōv dēbōw ſlāwū nuditas, toto orbe. Postquam enim redemptorem genit impia abdicauit, omni iuſtitia fructu deſtituti regnum, ſacerdotium, libertatem, Rēpublicam, terram promissam amiferunt, ceremonias omnes, exiſto templo Deus detraxit: Ian enim toto orbe genit miseria, & impia vagatur, & per omnia dura vitam exigit. Hæc autem terualem non reſtituentur, quamvis vīb ipſa idolatriæ, & readiſtificationis Antichristianismi metropolis iterum excitanda ſit. vitur.

### VERSVS 23.

*Et cum veniſſet in templum, acceſſerunt ad eum docentem principes ſacerdotum & ſeniores populi, di- centes: in qua potestate h̄ec fa- cis? & quis tibi dedit hanc po- testate?*

### QVÆSTIO I.

*Qualem fidem exigit?*

§. 1. **F** Idem magnam, & ſolidam, <sup>καὶ μὲν ἀγνέ-</sup> <sup>τη, non diſcernat, non hæſtauerit,</sup> nempe inter magnum opus, & paruum; ne puteris leuem <sup>Fides ma-</sup> morbum ſanari fide veltra poſſe, incurabilem non <sup>gnarequi-</sup> poſſe. Quod de monte dicit; legendum eft tollere & ritur.

<sup>iaſture, per r̄ caninam literam, non tolle te, & iacta</sup> te, per duas diſtiones, & T literam, quæ crucis eft ſymbolum, eſt enim <sup>λεζηλ.</sup> & ita Mar. 11. 23. Luc. 17. 6. **S.** 2. Caluinus hoc loco fidem precatiōniū ſuntam <sup>Oratio fi-</sup> requirit. Si enim tantum diceret fore, quicquid opta- <sup>dei iungē-</sup> bimus, quibuldam nimis imperiōlam, & fecuram ſi- da.

dem viſum iſi pronunciāt, deinde ſubdit. [Quare eos "

L1 2 mendam

mendam insignis est. nempe quod sit certiando in  
Dei bonitatem recumbens, que dubitationem non  
admittit. Neque enim alios credere agnoscit Chri-  
stus, nisi qui indubie statuant, Deum sibi esse propi-  
tum, nec hesitant quin datus sit, quod perunt. Un-  
de perspicimus quam diabolico figurae fascinati  
sunt Papistæ, qui fidem dubitationi permiscent.]

Respondeo; quam secura de certitudine affimat,  
tam candem facit argumentando infirmam; cum ne-  
gat quidlibet à Deo hominum votis concedi. Mane-  
bit igitur in animo semper ille scrupulus, an hoc vo-  
tum si cius generis, ut ei Deus concessurus sit? De to-  
ta igitur re ita statuendum est. Eos qui vera in Deum  
fide creditur, ad Deum suppliciter configure, eiusque  
eides qua  
fit necessa-  
ria.

Hactenus etiam fidem certam esse, ut rem, de qua  
colestem patrem inerpellamus futuram, non dubi-  
temus, modo conditiones omnes, quas Deus requiri-  
t. & quibus positis promisit, adsit. Hinc sequitur  
certi, non omnium vota exaudiri, & faretur Caluinus;  
*Christum non laxare habendas hominum votis, ut quidlibet  
apparet pro arbitrio, non enim exaudita vota que montium  
in mare translationem posserent.* Ex quo apparet Cal-  
uinum restringere illud: *Quicquid credentes petitis;*  
Nempe tum nos consecuturos, si non sit aliud, quam  
id quod à Christo promissum est, & pro orationis ob-  
iecto propositum. Quandocunq; vero incertum  
est, an hoc singulari huic vel illi persona sit promis-  
sum, an vero inter ea, ad quæ votorum habent à Deo  
laxata non sunt, etiam incertum est, an Deus sit con-  
cessurus.

§. 3. Quod vero montium translationem negat  
esse concepcionem, refutat id nonnulla historie; vnam  
omni antiquitat; notissimam Euseb. l. 7. cap. 5. histo-  
rie adducit, de Gregorio Thaumaturgo, quod etiam  
Gregorius Dialog. 1. cap. 7. recenset. Nyssenus in vi-  
ta Thaumaturgi, de stagno siccato haud ignobilius  
mi aculum recentet. Duo quidam fratres erat iuuenes,  
qui paternam inter se hereditatem super diuersum flagrum  
vnum vindicabant totum uterque habere contendens, & neu-  
ter alterum in societatem possessionis admittens. Permititur  
igitur magistro iurem dirimendi libera patescere, qui cum ad lo-  
cum venisset suis ipsis legibus ipsis est ad arbitrium, reconcili-  
ationem suadens, & vi amice inter se concordarent, pacisque  
lucrum pluri, quam id, quod ex prouerbiis capere possent as-  
similarent, adolescentes abortans, nam pacis quidem commo-  
da in perpetuum & viuentibus & mortuis permaneunt; redi-  
tuum autem usum ad tempus quidem durare, & eternam vero  
ob iniuriam habere condemnationem, & quasunque pare-  
rat eum dicere, ad reprimendam insolentiam, & immoder-  
atam cupiditatem iuuentuia. Cum autem fine fructu effet  
eius abortatio, & iuuentus exextaret, ac maioriira incen-  
deretur, & feluci intumescescet, & utrinque ex subditu pa-  
raret exercitus, & magnanamus, codis auida, furore at-  
que ira ducibus viens instrueretur; tempusque confititum pre-  
stitutum esset; pridie eius diei, quo prelium utrumque com-  
mittendum fuerat, cum homo Dei ad ripas stagni permanis-  
set, noctemque totam in vigiliis peregrisset, miraculum quod-  
dam Mosacum in aqua edidit, non quidem percutione virge,  
profundum in duas partes discindens, sed oratione omnem  
eum lacum repente in insulam ac vestram terram redigens,  
continentem diluculo effectum ostendit aridum, & humoris  
expertem; adeo ut ne inconcius quidem locis, vla aqua reli-  
quias haberet, qui ante orationem instar pelagi exundabat:  
Atque ille quidem diuina virtute hoc interpolito decreto, rur-  
sus domum redibat: adolescentibus autem rebus ipsis late-  
sentia contentiorum direxit. Cum enim id non amplius  
esse, cuius causa bellum inter se parabant, pax iram est con-  
secuta, & rursus natura se in statibus ostendit. Ac nunc

quoque videre licet, divino illius sententia euidentia foz.  
Nam vndeque circum illam locum, qui olim lacus sua-  
gia quedam inundationis aqua adhuc etiam vnde exca-  
quidquid autem tunc erat submersum. & in fundo aqua, u-  
tum id transmutatum est in nemora, loca habitat, & arua.

§. 4. Denique fiduciam certam nisi ex Deo, vlam  
concipi posse negat. Nihil promitti discipulis, nile  
intrametas diuini beneplaciti contineant. Quan-  
tionem si sequimur, nihil in oratione a nobis peti-  
potest, nisi de eius imperatione in Scriptura certi si-  
mus. Nempe hoc esse Dei beneplacitum, vi potenti-  
bus donetur. In hac tamen fiducia, non potest aliud, on-  
quam vel in animis iactantia, vel summa desperatio late-  
re. Iactantia quidem est, si oret, ut mons Deus tran-  
ferat peccatores corrigat, pro spes belli dei exi-  
pericula discutiat, fame, mortis liberet; nam nihil  
se ipsum est, de diuino beneplacito, velut Deus ista  
nunc concedere, an negare. Si vero quipiam ore,  
more Caluiniano certi esse oportet. Deinde nec-  
est se qui in his omnibus desperationem consequit  
eius, quod petitur. Si enim oranti metu diuini bene-  
placiti illæ signata sunt, ut tantum id petat, quod Deo  
promisit, non licet quicquam orare eorum, qualem  
promisit. Non orare pro illos, quicquam orare  
enim illa speciatim Deus non promisit; nec certa-  
sim euentura, orare veler, ne ultra metas diuini bene-  
placiti euager. Gratia se bello iam trionvum milita-  
Caluinianis, in magistratum insurgit, & omnes com-  
mouent, pro victoria nemo eorum supplicari, &  
supplicare potuit; nemini & certum fuit diuini bene-  
placitum, quo victoria Caluinianis concedebat.  
Non enim esse certum potuit de victory quan-  
titate, & modis supradictis.

§. 5. Neque coniugio diabolico figurae mo-  
mur, nec fascinamur, ut fidei habitationem inter-  
mus. Que enim fide credenda sunt, animo intacto  
tenemus: pro quolibet articulo fidei ad mortem pa-  
rati, nec id sine causa dici, multa nostrorum inde  
martyria contestantur. Qui cvidem Dei credid-  
re reuelavit, id totum sine dubitatione credimus.  
Inter quæ & illud plenum consolatione etiam  
Omnia nos imperaturos quæ à Deo supplices pal-  
imus, modo legitimæ adhuc pretandi condimores.  
Caluinistas vero sluita presumptionis continuimus,  
qui de paterno Dei in fama ore securi coram co-  
lese audiebat, ac dicere. *Bulli oris 1039/1*

Benevolentia tua iustificavit sumus, in omnium  
generi iusti permanebimus. Hoc Caluinus hoc  
Beza iactat, cum tamen de singulis nihil scipio-  
nunciet. Quocirca ab eâ tam presumptione pars do-  
ctor reformatorum, hoc est, Remonstrantia ad-  
scensit. Bene de amore Dei sperare iubemus omnes,  
tamen vnumquemque Deus ipse iubet, de  
suo se criminis diuinitatis amore reddat dignus.  
Nescit homo, amore an odio dignus fit. Omnia e-  
nim in futurum seruantur incerta. Spei igitur in affi-  
mis fidelium excitamus, perniciolum fecundationem  
presumptionsque iactantia, quæ olim predi-  
nationis fuit heresis, execratur, id quæ nullus fasci-  
no coecati, sed diuinorum eloquiorum splendore il-  
lustrati, & SS. PP. doctrinam fecuti. Quin ipsa ve-  
ritas hoc ut dicant, aduelariis aliquando extinxerit.  
Musculus locis Comment. de Orat. Nos autem non sem-  
per exaudiri, quod non semper quod perfimus, sed  
aliud detur. Peccata ait semper nos impedit. Nem-  
pe violentiam, crudelitatem, immisericordiam, di-  
perbiem, diffidentiam, discepcione, offenditatem,  
torporem, distractionem. Cum autem hinc  
tam multa impedimenta, quis certus erit, nullum  
bi adesse: 1. Ioan. 5. 14. Si quid peccaverimus patrem fer-  
dunt.

*deus eius voluntatem, audie nos. Si quid aliud petimus, non audi. Eius vero voluntas non semper nobis certa percepita est.*

*Quæ dare decreuerit, doce et cœnitu rerum voluntatem ostendar, incertum est.*

## VERVS. 24.

*Respondens autem Iesus, dixit eis: Interrogabo vos & ego unum sermonem, quem si dixeritis mihi & ego dicam vobis, in qua potestate hoc facio.*

## QVÆSTIO I.

*Cum Pharisæis non respondet, sed eludere alia questione videtur?*

§. 1. *M*alitiosa & insidiosa interrogatio hypocritarum alio responso digna non fuit; Nam quocunque Christus modo se se explicuisse, ad populum calumniam trahiri erant. Deinde dubitare non poterant à Deo esse, quæ iam toto tempore viderant. Interim ex ea ipsa, quam proposuit questione responsum sufficiens habebant. Si enim confessi essent Baptismum Ioannis esse de celo, & doctrinam prædicationemque: quod populus credebat, testimonio etiam quod de Christo sibi inculcarat credere oportueret. Singulare tuum timebant, ne eos lapidaret, si contra Baptistam loquerentur. Itaque grauitate eos perstinxerunt: nam sciebant Baptistam dedisse testimonium de Christo, cumque Messiam priuatum, & publice proclamassem, nec tamen falsum eius testimonium dicere audebant metu lapidationis: at Christo, quod se Messiam diceret clam, palam, tanquam blasphemato mortem machinantur. Si ergo ne sciebant, an Ioannis præconium esset de celo, quo dixerat Iesum Nazarenum esse Christum, non poterant Christum damnare, qui se præferebat eum esse, quem Baptista esse protestatus erat. Itaque in Christo etiam Ioannem damnabant, & impostorem iudicabant, qui Pseudochristum pro vero venditasset. Sua igitur astutia, se ipsi circumuenient, & iniquos iudices esse demonstrant.

Negant vero illud, quod alii omnes scire se fatebant. Quod si dubii de testimonio Ioannis fuissent, eneo eos facere tot miracula poterant.

Occasionem autem capiunt, ut mox initio, in ipso templi ingressu eum percellant; Proponunt enim questionem *in quo anno ingresso isti, vel ut eodem sensu alia habent exemplaria, ex post & ante, ingresso ipso.* Merito itaque eos alio responso non dignatur; quomodo enim crederent affirmanti, qui nec Joanni, nec tot virtutibus in ipso momento autoritatem filii Dei testificantibus non credebant? Qui fanitatem gentis suæ oppugnabant, quam malebant mortis & miseriis contabescere; quam medici gloriam eius curatione inclarebant, & augeri. Tam exosi curatorem, ut ne beneficia quidem recipere ab eo vellent. Specioso prætextu vocationem obiiciunt, quasi ille le iniussu Dei ingeneret, cuius autoritatem in singulos dies, quasi exerta manu Deus simicbat. Non quærebant ergo ut disserent, sed ut responderent illaquearent, quare alia eas quæstione abigit.

§. 2. Mirari se fingebant, non vocatum docere. *λέγεται οὐδὲν τοῦ ποντικοῦ λέγεται ἔχει σορόν,* *τὸν ποντικὸν οὐδὲν τοῦ ποντικοῦ.* Tale autem est quod dicunt: *Quan-*

*do tu magister sedem ascendisti, aut quando sacerdos ordinatus, quia tantâ potestate vteris?*

Christus illis respondere non potuisset, si signa non fecisset, nunc illi mirari nisi maleole non poterant. Nos Sacerdotibus comparant Sectarii, cum ab *Christus* illis vocationis & missionis documenta postulamus: *missionem* vel humana; si ab hominibus se missos affirment; *miraculis* vel diuina; si immediatam à Deo se potestatem accepisse glorientur. At nos illos Christo nequam conferimus. Nullo enim signo missionem astruire possunt. Quia enim potestate ad docendum prouperunt illi, qui primi religionem mutarunt? Signavitur Apostolatus querimus, nec, nisi se vocatos doceant, credimus. Magna nobis causa est, ne veteram doctrinam deseramus, nisi se missos probent, ut religionem innouent. Lutherus sane in examinanda & credenda vocatione difficultis est. Epistola ad Borussiam ducem, edita anno 1532. scribit. [ Testimonium, inquit, totius Sanctæ Churche Ecclesiæ ( tametsi præter illud nihil nobis reliquum esset ) solum nobis sufficere deberet ad insistendum in hoc articulo Cœnæ, & ad non audiendos planeque reiciendos phantasticos Spiritus: quia periculorum est & horrendum, quidquam vel audire, vel credere contrâ vnam item testificationem, fidem, & doctrinam totius sanctæ Christianæ Ecclesiæ, quæ ab initio usque ad nos, supra M.D. annos in toto orbe terrarum concorditer fecit. Sinous articulus esset, & non à principio Christianæ Ecclesiæ, neque in omnibus Ecclesiis, vel totâ Christianitate per omnem mundum sparsa, creditus: non esset tam periculorum, vel horrendum, de eo vel ambigere, vel disputare, an recte crederetur. Sed post: quam à principio, & quam late Christianitas patet, consentienter creditus fuit: is profecto, qui iam de eo dubitat, idem facit, ac si Christianam Ecclesiam non crederet, simulque non tantum damnat totâ sanctam Christianam Ecclesiam, tanquam damnatam hereticam, sed ipsum etiam Christum, & omnes Apostolos, & Prophetas, qui articulum fidet nostræ, Credo sanctam Christianam Ecclesiam, fundarunt, & potenter testati sunt: ut Christus Matthæi vicefimo octauo inquit: *Ego vobiscum usque ad consummationem faculi: & S. Paulus i. Timoth., Ecclesia Christi est columna & firmamentum veritatis.* Similiter redarguit eos propria eorum opinio: dum de texu inter se prelantur, & pene se prem vel octo, quot textus, tot sectas faciunt, neque certi quicquam docent: nec conscientias hominum constateri instruunt. Itaq; moneo & rogo (ego Lutherus) ut Celsitudine tua istos homines vitet, nec esse in prouincia sua patiatur, secundum S. Pauli & S. Spiritus superiori loco adductum consilium. Considerandum enim est Celsitudini tua, si eiusmodi sectatorum spiritus admireretur & ferret, quibus tamen obsistere & occurrire posset; eius conscientiam horribiliter gravatum, & fortassis non quam tursus placarumiri: non tantum propter animas, quæ, cum à Celsitudine tua seruari possent, seducuntur & damnantur: Sed etiam propter vniuersaliam sanctam Ecclesiam: contra cuius tandem usurpatam, & ad nos ductam & ubiq; seruatam, & vnamime testimonium, ut quidquā doceri sinatur. cum impediri possit, intolerabile est grauamen conscientie. Ego maller, ut non tantum omnes sectariorum Spiritus, sed omnium Regum & Principum sapientia & iusta cōtra me restarentur; quam ut vnicum punctum vel litteram vnicam totius Sanctæ Christianæ Ecclesie contra me audirem vel videarem: quia nō si cludi potest cum articulus fidei, qui ab initio, & quo usque Christianus orbis est, vnamiter crediti sunt: sicut ludi potest cum Pontificis vel Cæsa: eis iuribus, vel aliis humanis traditionibus Parrum vel Conciliorum.] *Hoc Lutherus Euangelista Germania.*

Adami Canzen in Ewang. Tom. I.

Miror nos tristis etiam ista non legere, aut si legit  
non erubescere. Quid porro certius est, quam opus es-  
se missionis vel mediatae, vel immediatae auctoritate,  
& documentis? Docemur hoc Ierem. 23. Ezech. 13.  
Ioan. 10. Rom. 10. Hebr. 5. Qui A. postolus est, legamus  
est, a mitente auctoritate mutuantur. At vero vni-  
uersa hereticorum collucoes a malo, non a Deo venit,  
ex morum corruptelis, tanquam putridis Ecclesiae  
membris enascens. Si enim a Deo mittuntur, signa  
vocationis adducant. Nemo absque regio diplomate  
credit legislati. Si in rebus ciuilibus testimonio legatio-  
nis exiguntur, magna temeritatis est, in causa salutis  
fuscpere nouatores, nullo A. postolatus accepto ar-  
gumento. Moses Exodi 4. Christus tuto Euangelio si-  
gnis & virtutibus instruitur, ut illis credatur, quorum  
tamen vita probabatur. Nos illis quos nulla signa com-  
mendat, quos vita infamati, cedemus? Tertullianus  
1. de precriptionibus aduers. harct. c. 30. merito signa  
exigit, ab iis, qui aliud docent, quam traditum est, ut  
se probent nouos A. postolos esse. Predicatio vero ad-  
mittitur non debet, nisi postquam de vocatione consti-  
terit, quem in illa mentitur, etiam doctrinam suspe-  
ciam reddit. Ut quis se legatum fingit, postulata quoq;  
principis sui commentitia proferat ne cesset est.

§. 3. A Deo fuisse baptismum Ioannis, non tamē Christi baptismo patrem docet Tertull. de baptismo cap. 10. Baptismus. p. 462. Baptismus ab Iоanne denunciatus iam tunc habuit quationem, ab ipso quidem Domino proposi- tam Pharisaeis, colebū nē ē baptismus ēffet, an vero terrenus? De quo illi non valuerunt constanter respondere, reporte non intelligentes, qui nec credentes. Nos porro quantula fide sumus, tanulo & intellectu possumus estimare, duinam quidem eum baptismum fuisse, mandato tamen non & potestate, quod & Ioannem a Domino misum legimus in hoc manu, ceterum humānū conditione. Nihil enim celeste prestat, sed a celi- bus præministrabit, penitentia scilicet propositus, quæ est in ho- minī potestate.

VERSUS 28.

*Quid autem vobis videtur? Homo quidam habebat duos filios, & accendens ad primum, dixit: Fili, vade hodie, operare in vinea mea.*

## QUESTION I.

*Duo pertinet similitudo duorum filiorum?*

**Expositio  
parabolæ**

S. 1. **P**aternum imperium primo filius respuit propterē, deinde penitentia ductus vadit, & in vincula laborat. alter verbo promittit, re ipsa non praefat. Alter reus est contumacis responsi, quod tamē manūcō correxit, dum opere verba damnauit. Alter & inobedientia, & fraudis reus est, in qua perseuerant. Publicani & meretrices audita Dei lege, exerta voce, & factis recularunt patere. Sed peruciaciam penitentes posuēre, & ex vasis contumelias facti sunt vala in honorem Pharisai lege in obliteratuos non modo pollicebantur, sed etiam id se facere gloriabantur, verum vitij suis meretrices & publicanos æquabant, & quia se iustos esse confidebant, penitentiam non agebant.

In Graco textu nonnulla est, sed non magni momenti, varietas. καὶ περιττῶν τῷ ἑρῷ, alius habet τῷ διάλεξι secundo. Prior lectio est in Larino, & Syro. In filii responso etiam libri variant: Quidam habent, εἰπὼν αἱρέεις αἱρεῖς καὶ αἱρεῖς αἱρέεις. Prior lectio vera est, ex idiotismo Hebreo, vbi visitatum est responderi majoribus à minori. γένιον Hinneni, ecce ego, ita Iosephus Iacobo parenti, Samuel Heli sacerdoti. Christus vero Phariseos simulatione pietatis in-

terna crimina obregentes, non modo acutus, sed con-  
ram populo demonstrat, publicanis & meretricibus  
deterior esse. Ut omnem illis auctoritatem, qua ad  
opprimendum Euangelium abutebantur, detrahet.  
Hoc enim erat furentibus, & ad cadem intentio-  
gladium subducere.

§. 2. Rudem excludit hoc loco calumniam Zwinglii in orthodoxos. Similes Pharisaes esse ait Catholicos, quod iustitiam operibus mereri sedicant.

Respondeo. Nulli inquam homini venisse hoc in  
metem, nullo in libro Catholici vilius inveniri, quod in  
nobis Zwinglius imponit. Omnia sententia est, ut ex  
iustificationem, hoc est, mutationem a statu peccati ad ius  
iustitiam non esse ex operibus, a Dei gratia, a Christi  
merito est. Nulla cum opera merentur. Ponit enim  
requirit Deus, nec sine illa iustificat, & eam requiri  
docet Papa. Itaq; nullus impurus suo opere iustifietur,  
nullus siue impurus, siue purus alium iustificatus  
opere. Anathema si quis alterius in pari vel etiam pur  
issimi opere se iustificari dicit. Sacramentum ca  
men diuinorum vim efficientiamque a lenitate mini  
stri dependere negamus. Itaque baptismus etiam ab  
impuro homine datus, validus, efficax, purus est. Non  
igitur Catholici, sed duo genera hominum describi  
tur, quorum primum aperte impium est, & prot  
erum, nec quicquam laudabile haberet, quam aliquam  
in scelere ingenuitatem. eius tamen furor breviter  
nam mox damnato proposito ad frugem reverteretur.  
Alterum tectum, verfutum, callidum, quod virtute  
simulatione non modo deterritus est, sed malorum  
suorum ignorante pene incurabili. Iuia interpreta  
Origenes. Chrysostomus priore Iudeos altero Ethni  
cos indicati existimat. Rursum per parabolam loquuntur ac  
reprobent, tam ingratitudinem eorum, tum reprobant  
gentium obedientiam occultum significans: hoc enim bishu  
li designant: quod & in gentibus, & in iudeis factum est. Ga  
tes enim cum non promiserint obedientiam, quippe qui ne  
gem audierint, re ipsa obtemperarunt: Iudai vero quamvis  
misererunt omnia, se quae Deus dicerat facturos, aperi carent  
glexerunt. ideo ergo ne credant legem sibi prodeſſe per eam  
denmandos esse magis ostendit. Sicut & Paulus, non auditorum  
quit in isti sunt aliud Deum, sed factores legis iustificantes  
Propterea ab ipsi scilicet sententiis, ut a se ipsi condannati  
tice sunt: quod & sequenti parabola vnde confici: quod res  
cilius per agat. In aliam personam crimen transfiicit. Nam &  
quoniam noluerunt est direc tori per parabolam, quoniam  
intelligentes, simpliciter ac recte sententiam protulerunt, scilicet  
tuis eos ad quod volebat proprieatatem.

VERSUS 32.

*Venit enim Iohannes ad vos in viam  
stitudinis, & non credidistis ei: publi-  
cani autem & meretrices prece-  
dent vos in regnum Dei.*

# Q VÆSTIO I.

ad Deum referat, quod Deo non crederent. At textus *credidisse* indicat, de illo Christu loqui qui venit ad eos in via iustitiae, cui credere proinde oportebat, cui meretrices & publicani crediderunt. Sequitur quidem inde, nec Deo credidisse, per os Ioannis loquenti, sed ideo Deo non crediderunt, quia nec Ioanni credebant. Credere hoc loco non fiduciam specialem, sed assensum significat, meretrices enim & publicani vera crediderunt, quia Ioannes praedicauit, id eoque penitentiam habuerunt & regnum cœlorū ingressa, in peccato perseverantibus Pharisæis. De veteri interpretatione dubium nullum est. *De iuvanti* inquit Chrysostomus, *in tempore misericordie eius annorum regnum Christi, et iuvans miseris ostendit hoc maxime esse obedire legi. Ioanni credere.*

## VERVS 33. &amp; sequentes.

*Aliam parabolam audite. Homo erat pater familias, qui plantauit vineam, & sepem circumdedit ei, & fudit in ea torcular, & edificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregre profectus est. Cum autem tempus fructuum appropinquaret, misit seruos suos ad agricolas, ut acciperent fructus eius. Et agricola apprehensis seruis eius alium occiderunt, alium occiderunt, alium vero lapidauerunt.*

## QUESTIO I.

Quae vinea similitudo?

§. 1. PRIMO quid vinea sua præstiterit plantator est docet, ut est Isa. 5. 1. Vineam plantauit, cum populum ex Egypto educens in Palastina collocauit, agri colis vineam florem, & omnibus rebus instruissimam dedit. Isa. 60. 21.

Sepem circumdedit *φεγγυα* vocat Græcus. Syrus *λιναρι* maceriam vocat. S. pimentum est singula- *Optime* insructum custodia, Dei præstans, Angelorum cura, & ministerium, quo Ecclesiam Iraeliticam iubatur, postea sepe destruxit. Isa. 5. 5. Psalm. 79. 15.

Fudit etiam torcular, sacrificia, sacramenta, leges & carimonias dedit. Græcus *λινον* appellat, est vero locus sub pælo, quo mustum defluit. Turris tabernaculum est, deinde templum. Nonnulli ipsam metropolim ferololymat, arcam regni dici malunt. Coloni, sacerdotes, principes, doctores, iudices, reges. Horum enim munus erat ad cultum Dei gentem instruere, vicia perfici, terupublicam ordinare, Deo fructum disciplinas reddere, vetum inter primos ipsi a Domino deservierunt. His vineam eloquent, & peregre profectus est; vetus habet locum, quod est *επόδη*. Deinde misit, ut acciperet fructus, Syrus accipere de fructibus, non enim donauit, non vendidit.

Serui sunt Angeli, Prophetæ, viri pi, qui missi sunt, servi & de redendis fructibus colonos admonuerunt. Excoluerunt illi vineam, cum ordinarij agricultis, cordia, petidis, rapina, crudibus, omnia perderent. Propterarum nota erat ordinaria & stabilis in Ecclesia administratio, sed extra ordinem & subsidiaria, ad populi, Magistratum, Sacerdotum mores corrigidos. Magna certe in ea Dei vide-

II 4 batus

batur benignitas. Prophetæ autem munus suum veris miraculis approbarunt, nec aliter illis credere tenabantur.

§. 2. Præcipuum hac in re benignitatem Dei agnoscit Chrysostom. eamq; & ultima prædicat, quod ingratos, & rebelles non defat. Quod si igitur noui Prophetæ mittantur, fidem suam signis & virtutibus approbent, necesse est. Alioqui ordinatij pastores audiendi sunt, quorum nunquam in vniuersitate fides deficit.

**Crudeles agricultorū.** Agricolæ seruos percutiunt, & eiœ habent in plerisque, ali codices habent idem, quod vetus interpres & Syrus legit. Nam dæmon est percutere, sed deiœ pellere deridere. Alios occiderunt, alios lapidibus obruerunt, in Syro inuersus est ordo, qui etiam habet וְיָתֵר Vith. suis, qui occideret: videre licet Ierem. 44. v. 4. 5. 6. 2. Par. 36. v. 14. 15. 16. Act. 52.

**Liberum arbitriū.** §. 3. Elocutionis paucum mercedem indicat, & meritum: quin Bullingerus sub conditione locatum ait, ut fructum afferret, qui Isa. c. 5. recenset. Absentia seu abitus patrisfamilias significat, hominilibet arbitrium datum esse, ut habeat comment. Hieronym. Libertatem initio surerter oppugnarunt, ab ea tamē hæresi pro re nata recesserunt, & nostram cooperationem cum gratia diuina probarunt, ut Beza. l. i. q. & respons. Vide Amlingum ad Anhaltinos, Hemmingum, Wittenbergenses.

## VERSUS 37.

*Iterum misit alios seruos plures prioribus & fecerunt illis similiter: Nouisime autem misit ad eos filium suum, dicens: Verebuntur filium meum.*

## QUÆSTIO I.

*Quid factum agricultoris?*

§. 1. Misit eum rex, ut cum venirentur, dixit enim εἰπεῖτε τοῖς ἄνθραις τὸν ιόν μου. Syrus est verbum δέρμα, quod erubescenciam significat. Paterfamilias humano more loquitur apud Lucam, τὸν τοτὲ, Syrus δέρμα iam. fore.

In Christum illa conueniunt; nam spe retinendæ patriæ eum occiderunt, ne venirent Romani & auferrent locum, & gentem. Christus autem hæres est vniuersorum. Psal. 2. 7. & 8. Christum autem cognoverunt, Ioan. 15. 22. & 24. Nec repugnat il. i., quod Christus ait, Nesciunt, quid faciant, & Paulus, si cognovissent, non crucifixissent. Soluit questionem Iustinus q. 14. o. ad orthodoxos. 377.

Imprudentia sive ignoratio dupliciter dicitur, aut enim non sponte sua quis ignorat, cum ea res non habeat, que ipsum ad cognitionem ducent: aut voluntate sua ignorat, cum res ad cognitionem eum ducentes habeat, & nosse tamen nolit. Atque hanc destinatam ignorationem, solita est sacra scriptura aliquando nominare, aliquando imprudentem sive insciem, aliquando scientiam. Ut eum dicit. Et me nos sis, & unde sim nos sis, pro eo quod est: Ex operibus meis, & nomine meo, & sermonibus meis nosse potestis veritatem. Nam qui per mendacium fallit, opera talia edere non posset, & cum ab agricultoribus heres est agnitus, quod eum videbant in presenti vita operum editione & filij appellatione supra omnem esse horribilis, iuxta evidenter parabolæ descriptionem, sed tum quod illum post mortem eius Deus est mortuus ad vitam immortalem effecit resuscitatus & facturus heredem vniuersorum, non cognoverunt. Nam & ipsa perficua

parabolæ descripsit eius rei elucidandam & apertam non habet designationem. Itaque de eis modi ignorantia dicitur Chrysostomus, Pater remitte illis: nesciunt enim quid faciant. Similiter & Paulus: si enim cognovissent, haudquaquam Dominum gloriam crucifixissent.

§. 2. Tertullianus I. aduersus Præream c. 26. probat patrem a filio distinctum, & non esse seruum, sed Deum verum filium & hæredem, I. de carne Christi cap. 11. Hæretici autem improbe captabant verba, vt seruum facerent, quivit ceteri famulorum mittitur ad cultores vineæ, sed non ideo famulus est, cum expensis dicatur mitti filius, & heres; & pater dicerit, Redebuntur filium meum.

## VERSUS 41.

*Aiunt illi: Malos male perdet & vienam suam locabit alijs agricultoris, qui reddant ei fructum temporibus suis.*

## QUÆSTIO I.

*Quid factum agricultoris?*

§. 1. Videlicet contra se ipsi Pharisei pronunciant. *Malos male perdet, κακοὶ κακοῖς λογάρισται αῖτοι.* Malos male perdet ipso. Syrus בַּרְבִּיר debilis his. Proverbij loco vñrpāt, & Hebræi & Greci Aristoph. Σὺ δέ οὐκανακανακός. Temulum perdam male. Lex c. 6. nim generalis esse videtur, vt malis male, bonis bene. Non est inter Euangelistas illa diffensio. Marc. 12. 9. Luc. 20. 16. Christo illa verba tribuantur. Vnum & Christus & Pharisei proculerunt, illi interrogati respondentes, Christus vero responsum coram patendo, atque approbando, minando, de illis ipsi inter pretando. Illi eidem cum in genere de ponant, probant, cum fibi vident applicari, refugunt. Vineam locabit alij, Syrus וְיָתֵר ab נָחָד Nochad ab Echad, possidere faciente fieret quod improbi dixerunt וְיָתֵר obitamus hereditatem. Quia enim locatione habere noluerunt, sed hæreditario, etiam locationis iure pulsunt.

## VERSUS 42.

*Dicit illis Iesus: Nunquam legis in scripturis: Lapidem quem reprobauerunt adificantes, hic factus est in caput anguli? A Domino factum est istud & est mirabile in oculis nostris.*

## QUÆSTIO I.

*Quis lapis reprobat?*

§. 1. A pud Lucam cum dixisset Dominus vineam uidelicet agricultoribus elocandam, Respondentes afferunt per prophetam. De le enim dictum esse intelligebant. Sed pater Christus afferit, eos esse qui fructum negarant, seruos primum, deinde hæredem occident, id est forte ut regni Dei, hoc est, sacra res publica, factorum, lex, & quæ reliqua erat Dei cognitione auctoratur. Ita quoque alias gentes post fidem Dei relietam ab eo desertas videmus. Chrysostomus illam

iam ingrate nationis refectionem iam olim praedictum demonstrat. Nam etiam deinceps omnes qui ad eum venient utrūcunq; artifices sint id est eorum tēstēdēm. non res ipsa rāzānātā. sed etiam illa rōzā. quod rāzā nō mēzā. sed sōzā pāzā regū pāzāzōlāwā nīgāzā. rāzāzōlāwā. Ita vnde cōsidēndos Iudeos. qui non cederent. & gentes introducendas monstravit. Id cōsideratiam per Chanāzānā. id per aliam sūd per aliās parabolās. id per Centurionēm apertius significauit dēriam nūne de signar. IUD. M. 28.

**40**  
sibi machinationis conscientia Christum que eis  
re studenter, & hoc iam prae dictum audirent.

§. 3. Calvinus occasionem ex his captauit, ut min-  
lediceret persulibus ecclesiæ. Eat nunc Papa cum  
cornutis suis Ep. scopis, & sibi de omnibus fidem ha-  
bendam esse iactet, quia pastorum locum occupent.  
Hoc ille vult Leuisticum Sacerdotum à Deo ordi-  
natum, nec tamen sacerdotibus obtemperare oport-  
eruisse fideles, ut Christum negarent.

Respondeo. Extra controvserias esse, sacerdos  
testis erroris; nam cum Christas iam signis, & vir-  
tutibus auctoritatem suam approbatet, qui non cre-  
debat, ab ipso Eccliesia cibcabantur, ipse iam pasto-  
rum oratione erat, ipse Eccliesiam colligebat. Papa fib-  
ident habendam, ut vicario Christi, meritò docet  
cum promissam illis sit, non fore ut fides eius deficit.

Idem argumentum. Caluino haustū retrōmit Sudius  
mūs contra Bellarmīnum. In veteri, ait, non fuisse illam  
auctoritatē, nū in noua ergo esse potest.

**Illa argumenta erant ex promissionibus Petro & successoribus illius à Christo factis.**

<sup>Q</sup>Antecedens etiam negant optime, non enim publice & ex cathedra Pontifex cum toto suo concilio esse legitur, tunc licet cum legitimo iure pontifex esset; nam dignitate, quam male accepit, exciderat, Domino ipso veniente & oues colligente suas, vocatur tamen Pontifex anni illius, quia pro tali habebatur; sicut & Paulus cum vocasset pontificem patrem de libarum scripturam, hoc est, de fidei patre.

rietem dealbatum, exuta se, quod nesciret esse  
Pontificem, scriptum enim: principi populi tu non ma-  
ledicere. Nec ille tamen tum princeps erat: Sed Pe-  
trus & Apostoli, quibus erat datus Spiritus Sanctus.  
Ruit ergo co nutum Calvinii supercilium, dum Ec-  
clesie Catholicae praesules comparata Iudeorum Pon-  
tificibus.

tificibus officio motis, & Spiritu diuino priuatiss. Christo iam suam Ecclesiam praesentia corporali, & doctrina illustrans. Nam Pontifices Christo venienti credere, in ordinem se ipsi redigere, ex eius ore pendere debuerunt, non agere quicquam pro officio, & dignitate sacerdotij, nisi a Domino instituti, quid a gendum, quid relinquendum esset.

¶ 4. Nec scriptura auctoritas a nobis conquellitur, dum Pontificis in iudicando certa veritas assertur. Scriptura & immutabilis ac constans veritas, & auctoritas diuina, cum tamen de sensu aliquius partis, aut veitate controvertatur, opus est Ecclesie auctoritate, non que scriptura auctoritas possit.

comitate, non qua scriptura auctoritas firmior redditur, sed ut non fiat evidenter, nosque eruditamur. Cum enim primum quisq; nostrum didicit quatuor esse Euangelia, non est scriptura sua auctoritas firmata, sed nos edocit sumus, talem esse aliquam scripturam. Exempla multa sunt, utrū vno. Lutherus Epistolam Iacobi stramineam vocat, respectu Euangeliorum, & expertem natura Euangelicæ, in praefatione anno 1525. & 1530. edita, contraria ait Paulino. Eodem centurio stylō dederit Epistolā ad Hebreos, & Apocalypsi. Non s̄ illa eos libros affectare ratione rego sumus, curamq; rituram Ecclesiæ Gal. 1.

non potuisse, quam ut niamur Ecclesia Catholica  
testimoniis. Nam tunc eorum librorum, & quicquid scripsit  
de scriptura ad tertii potest pro figmento ille habet. Hoc scriptum  
quod de integris libris dixi, de partibus etiam intel-  
ligendum est, & quod vel maxime ad rem facit, de invenientia  
enfupitur. Si enim sensus ab omnibus libertate inquiri-  
tur, nec eius certus canon prescribitur, sed ex colla-  
zione, & studio priuato, Spirituq[ue] diuina eloquia iudi-  
cantur, veritas in genitoru[m] proterius, & affectibus pro-  
ducitur. Omnes ea scientia venduntur, & intelligendo fa-  
ciunt, ut nec ipsis intelligantur, & alios erroribus involuerentur.

### **Explicit**

» Explicit hoc Epistola ad Grynum diuino spiritu  
 » Pistorius, pagina 297. [Tu vero, quod octauum ab  
 » hunc est, reuera dubiam facis scripturam: cum scri-  
 » pturam ad omnium intelligentiam accommodas. Nā  
 » quia vis ab omnibus intelligi, tamen constat non uno  
 » ab omnibus intelligi modo: Semper igitur, quis de  
 » tot tamque variè dicitur scripturis recte scripturam in-  
 » telligat, in dubitatione positum erit: nisi fortasse à te  
 » recte intelligi videatur, propterea quod tu Spiritum  
 » sanctum in te possideas. Sed hoc, mihi Grynae, dubium  
 » est, ut dixi, & de te, & de singulis alijs. Eo igitur nihil  
 » demonstras: & aquae incerta est scripturae interpreta-  
 » tio quam antea. Nec valet, quod dicere soletis: ab his  
 » intelligi scripturam, qui scriputram cum scriptura in  
 » timore Dei conferunt: & inde firma stabilitate ratio-  
 » natione concludunt ea quae volunt. Ut enim scri-  
 » pture non est priuata interpretationis vel doctrinæ,  
 » sicut D. Petrus ait: ita nec est priuata collationis vel  
 » conclusionis: & vt sine Spiritu sancto intelligi non po-  
 » test, ita nec conferri commode, neque in sylogismos  
 » resolvi sine eiusdem administriculo recte potest. Itaque  
 » quamdiu de inhabitante in te spiritu sancto nihil  
 » nobis testatum erit, tamdiu semper de te dubitabi-  
 » mus: & eodem modo de alijs. Nisi igitur certum inter-  
 » pretem scripturam, cuius authoritas in dubio non pos-  
 » sit vocari, nobis nomines: quamdiu tibi vel ceteris sin-  
 » gularibus viris sumes interpretandæ scripturam indi-  
 » ciuum: tamdiu & scripturam dubiam relinques, & nos  
 » perpetua hesitatione implicatos esse fines. Ut nihil dil-  
 » cam, quod de collatione scripturam ponis, tuo exem-  
 » plo confutari. Non enim dubitare debet, cum Vbi  
 » quista es, virum te fuisse aque bonum atque amorem.  
 » Sed tum & conferbas scripturam, & ex ea confor-  
 » mabas conclusiones: tamen non intelligebas, ut iam  
 » intelligis. Quidquid vero respondas, vel te iam re-  
 » citus confesse, vel plus adhuc bene iudicij, vel melius se-  
 » se institutum: corum nihil ad hanc pertinet. Quid enim  
 » si post annos decem tu sus & conferas, & aliter quam  
 » iam intelligas? Quid quod Lutherani Vbi quid &  
 » adhuc hodie conferunt, & tamen à te dissentunt? An  
 » te tot maximis viris anteponis? An illi perspicuitatem  
 » scripturae non vident, quam tu vides? An contra con-  
 » scientiam percutiunt scripturam? Quid horum dices,  
 » mihi Grynae? An in te spiritus sanctus est, in illo non  
 » est? An tu recte confessi, illi non recte? Sed mihi Grynae,  
 » quidquid tandem dices, tibi fortassis satis facies, mihi  
 » & alijs nunquam: qui de spiritu tuo, de collatione tua  
 » dubitabimus? Semper quoque non ostendes, cur du-  
 » bitare non debeamus; id est, quousque certum nobis  
 » iudicem non dabitis; & certum interpretem: de cuius  
 » spiritu sine viro scriptulo liquido conser. Id vero est  
 » Ecclesia: cum qua Christus, veritas ipsa, confirmat, in  
 » æternum manuturum esse spiritum veritatis: quod de  
 » te & alijs non dixit. Ibi igitur queri certitudo deberet.  
 » Verum, quamdiu singulares homines sine virtute a-  
 » rabunt, & sine Ecclesia scripturam exponent: nisi A-  
 » postoli sint, & se Apostolos esse miraculis testentur:  
 » tamdiu & dubia, & incerta, & omnibus procellis ex-  
 » posita erit scriptura. Tu igitur, Grynae, dubiam scri-  
 » pturam facis, non nos.

» Nonno, quia fundatam esse vis tuam sententiam in  
 » Apostolorum doctrina: haec vero non tota est scripta,  
 » sed etiam sine scripto tradita: quo pudore constitutes  
 » de Apostolorum libris probari sententiam tuam? cū  
 » non scripta non recipias? Scis quid diuinus Irenæus, vir  
 » ille maximus, qui à te correctus in publicum ante nō  
 » multos annos relatus est, scribat lib. 3. cap. 2. 3. 4. &  
 » 5. Scis, quid diuinus Augustinus libro de Baptismo  
 » contra Donatistas, cap. 26. quid contra Faustum lib.  
 » 28. cap. 2. Quid contra eundem lib. 11. cap. 2. scribat?

nec ignoras, quid diuinus Paulus de traditione sua ad Theis. 2. 1. Corinth. 2. 4. 1. Corinth. 15. 1. Timoth. 6. quid diuinus Lucas in Euang. iij initio testetur. Ea si vera sunt, tu vero vel non recipis, vel cum probes, tamen negligis: quonodo conuincis Apostolicam illam doctrinam tuam? Decimodū: quia ἡ γραπτὴ ἀρχὴ τοῦ θεοῦ ἀνέπολις πολλὰ omnes complectit: aut illa scriptura sine spiritu Dei intelligitur: aut ne mo in vniuerso mundo animalis erit: aut si illi tantum possunt qui animales non sunt: incerta est scriptura in te pretatio: cum qui animales & qui spirituales sint, de externis indicijs non constet: & spiritus Dei in eos non conuenit, qui in Ecclesia non sunt. Itaque quid diu inter nos, an in Ecclesia sis, dubitabitur: tamdiu, an spiritus iustus sis, non erit liquidum: & tamen nisi in Ecclesia es, & esse non dubitaretur: tamen quia spiritus Dei idem est, a se non dissentiens: tu vero contra Ecclesiam veterem explicas scripturam: sequitur, vel Eccl. siam ante te non habuisse spiritum Dei: vel te non habere. Vtrum dicas: ego id quod a te ponitur tollam: & quia spiritus tuum prophetis non subi-  
 cis, & quia contra Ecclesiam spiritum veterem, oppo-  
 nis tuum nouum: concludam, te non spirituale me esse, neque regi a spiritu Dei, neque intelligere scripturam: cum spiritus Dei sit in Ecclesia, à qua tu te absoluisti: neque ies in uno oculo spiritu, cuius unitas Ecclesiam colligat pacis vinculo. An fortassis tu & alii singulares interpretes alium spiritum acepistis, quam cum, qui cum Ecclesia Dei in æternum maneret debuit: An duo spiritus sunt Dei? An tu spiritu salis es? Ecclesia Dei & magna domus Dei non est? An illa spiritus non est, quam scriptura dominum Dei & Ecclesiam Dei, & Ecclesiam Dei vivi, & tabernaculum sanctum & columnam veritatis nominat? An fortassis visque ad Zwinglium, & Lutherum nulla talis dominus & Ecclesia, & tabernaculum fuit? Aut an videri non potuit? An omnes liberos veterum scriptorum, ab omnibus sensus, an omnium hominum intelligentiam effugie? Quid sum ex his, mihi Grynae? An ad hoc dices nihil esse verum in Christiana religione, nisi quod consentaneum esse scripturam, tibi & ceteris videatur? tamen ei Ecclesia non videatur?]

Si mihi certam viam Athenas ducentem interro-  
 ganti centum monstratores totidem duiesissimas o-  
 fenderent, affirmarentque singuli suam esse verissi-  
 mam, idque ex ipso via liquere, ceteros non magis  
 nouem impotentes esse, monstrare ait: falli & fallere.  
 Cui ex his vni credenter viator, quem contra starent  
 testes non agnoscit nouem: Hoc certe rectissime fac-  
 tem, si nemini credarem, nec esset autem viderem  
 posse centum falli, non nisi unum ex centum vera dicere. Idem nunc pluribus contingit, qui in varios inter-  
 pretes scripturatum incidunt, variaque religiones  
 eundant, neccatorem ullam vllius rei certitudinem ha-  
 bere valent, nisi ab eo sensum scripturae accipiant, unde & scripturam acceperunt, neque enim mortuus litera sed viuo sensui, & sentientiae scripturarum crede-  
 re dicerent.

§. 5. A Domino factum est istud. Graecus  
 avem. Potest avem referri & ad Zwingli, & ad se ait.  
 Vtrumque enim est feminini generis. Ut vel dicatur,  
 Hoc caput a Domino factum, vel angulus illi a Domino factus,  
 & hoc posteriore modo Theophylactus exponit. No-  
 ster interpres ad totum orationis complexum totum,  
 factum est istud. Hoc est, res illa facta est, vel lapidis repro-  
 batuſ est in caput anguli. Et vero hic sensus est, Graecus retinuit Hebraicum, & vñus est feminino, vt est in Psalmo. Femininum autem genus apud  
 Hebreos in hoc loquendi genere ponitur pro neutro.  
 Itaque

Iaque & idem est sensus in Græco. Non esse hanc rem humano iudicio pensandam, nam diuinæ sapientiae & potentiae opus esse, ut lapis reprobatus, cuius in medio quidem muro locus erat, fieret caput an-

guli. Vt Christus pauper, abieetus, fabri filius, dam-

natus, flagellatus, crucifixus, mortuus fieret Dominus

vniuersorum.

*Calvinus* §. 6. [Calvinum iam ante refutauit: sed pergit tamen Catholicos accusare. p. 324. Quamlibet splendidis circulis polleant homines, perfuerit tamen fieri si quis illos Deo opponat. Quo refellitur diabolica Patria impietas, qui laruatæ Ecclesiæ suæ determinationem verbo Dei præferte non dubitant. Vnde enim secundum eos pender verbi Dei auctoritas, nisi ab hominum placito, vt Deo nihil plus sit juris reliquum, quam quodab Ecclesia pteccario accipit.]

Respondeo. Cum larvus luctatur, & cum aduersarij non habet, sibi singit. Quis fando vñquam audij, Ecclesia determinationem verbo Dei preferendam aut ab hominum placito pendere Dei auctoritatem? Dei verbum summam habet auctoritatem, propria interpretatione non cognoscit scriptura, illas ab Ecclesia petitur. Illa nobis verbū Dei tradit, & exponit. Inter regij diplomatis non confert illi auctoritatem, nec a pracone suo ius suum recipit. Cum Deimæstas in medium prodit silendum non est toti mundo, sed quibus data est interpretatio sermonis, maiestatis verba explanare debent. Quin Ruilius Calvinianus consensum gentium ad amplectendā scripturam coelesti numine habere conciliata auctoritatem affirmat. *Theft* 57. Quod si Ecclesiæ id negant, & vi faciunt, suo priuato Spiritui concedant, omnibus erroribus viam aperiunt. Porro etiam loca clarissima solent depravari à leibis ingenij, id eoque etiam in illis opus est magisterio & auctoritate Ecclesiæ. Est enim liber signatus per interpretationem apendens. Nec alius senecte p̄fici, nec hæretici etiam cum ad se redierunt. Ut alio loco eorum testimonijs demonstrauit. Summa autem impietas est larvæ spiritus insti qui credere, & sibi persuadere penes se folium residere veritatem.

#### VERSUS 44.

Et qui ceciderit super lapidem istum,  
confringetur: super quem vero ce-  
ciderit, conteret eum.

#### QVÆSTIO I.

Quibus nocet lapis angularis?

*Q*ui in eum ceciderit, & in quem lapis ipse ceciderit. Qui enim in lapidem ceciderit, confringetur, *ανθρωποις, γυναικεσ, θηραγαβη*, quod est violenter, & cum sonitu quodam frangi. Cadunt super Christum, qui in Christum incurrit, insilunt, contemnunt Saluatorem & Ecclesiam. Similitudo sumptuaria est à rebus fragilibus, vitro, crystallo, tefla, que à Gracis *θλαστα*, fragilia appellantur, quæ lapidi illi diffidunt, saxe perdurante. Sunt illa quidem durata, & platinum, id eoque dum duci, mollescere, scin-

dique non possunt, quasi cum lapide de victoria contendunt: sic sacerdotum & Pharisaorum duriores magistratu, opibus, potentia, in sublime eleuata, in Christi humilitatem possum inferius, ferociter insultans, lapidis collis diffracta est.

Super quem vero lapis ipse ceciderit, *conteret eum: λινονται, hoc est, comminuet*, vt in particulas dissiliat, & penitus dissipetur. Syrus *Θεδριψη*, dissipabit eū, vt fictilia solent lapidis afflitti. Est autem ab Hebreo verbo *λινη* mutato in *λινη*, quod est Syris familiare. Est autem plus *λινονται*, quam *Θεδριψη*. Etsi enim virtusque est in partes comminuere, tamen *λινονται* est in minutiora frusta confringere, vices dissipetur, & quasi vñtiletur, sicut vitulum Moses dissipauit & sparuit. Christum autem super aliq[ue] cadere, est homines maxime contumaces, qualis erat Pharaon, & nunc plurimi, quin nec beneficijs alliciuntur, nec cladibus molliuntur; grauissimæ damnationis sententia, quasi tota omnipotentia in eos ruente conteret, & dissipare. Pertinetque ad eos, qui extrema in malitia merli sunt, ac potentes, qui benevolentibus obstat, nolunt audire docentes vñtilia. Alludit Christus ad Prophetiam Isaia 30. 9. *Populus cum ad iracundiam provocans est, & filii mendaces, filii nolentes audiire legem Dei. Qui dicunt videntibus, nolite videre, & aspicientibus, nolite aspicer nobis ea, qua recta sum: loquimini nobis placentia, videte errores. Auserte a me viam, declinate a me semitam, cessest a facie nostrâ sanctus Israël pro eo quod reprobas verbum hoc, & sperasti in calumnia, & in tumultu, & innixi es super eo, propter hoc erit vobis iniquitas hac, sciat interruptio cadens, & requisita in muro excelsso.*

Interruptio cadens, & requisita in muro excelsō *λινη* ruptura, seu pars muri erupta. 70. vocant *τεμνοντα παρεχομενα πλεον οχυρος ελαυνιας*. Murem cadentem subito, cuitatis firma capta. Sic igitur contriti sunt, sic dispersi, vt nec tribuum distinctio, nec sacerdotum constet ratio illa. Augustinus qq. Euangelic. l. 1. q. 71. sic interpretatur. *Quod Dominus dicit, qui ceciderit super lapidem istam confringetur: super quem vero ceciderit, conteret eum, de his dicit, quod cadent super eum, qui eum contemnunt, vel iniurijs afficiunt: ideo nondum penitus intereunt, sed tamen confringuntur, vt non reperi ambulant. Super quos vero cadit, venit illi desper in iudicio cum panitia perditionis: ideo dixit: conteret eos, vt sint impy tanquam paluis, quem proicit ventus a facie terræ. Et Chrysostomus: Duas hic perditiones denotavit: alteram, quia offenderunt & scandali zati sunt: hoc enim est quod dicit, qui ceciderit super lapidem hunc. Alteram, quia capti, calamitosi, & arumosi semper vixerunt, & vivunt: quam apertissime expedit, dicens, conteret ipsum: Sic igitur argumentatur. Lapidem reprobasti, ille in vos cadet, aut vos super illum peribitis ergo, ex Psal. 117. 22. inde sumptum, vnde laudatio plebis. Beza quem lapidem vertit. Sed noster raro quidem, sed legitimo tamen modo loquendi vñsus est. Caput anguli Eph. 2. 20. ludicos enim & Gentes in vnam structuram coagmentat.*

Hæc illi audientes v. 46. conabantur quidem occidere, sed timor populi inuidia odioque obstabat. nā sicut prophetam eum habebant. Syrus *Αχιδηνη, τενεbant, fortiter id tenebant*. v. 45. multa Græca omittunt *αρχης*, principes sacerdotum.

#### CAPUT XXII.

**T**respondens Iesus dixit iterum in parabolis, eis dicens. 2. Simile factum est regnum caelorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. 3. Et misit seruos suos vocare in uitatos ad nuptias & nolabant venire. 4. iterum misit alios seruos dicens. Dicite in uitatis: Ecce prandium meum paratum, tauri mei, & aliiua occisa sunt, & omnia parata: venite ad nuptias. 5. Illi autem neglexerunt, & abiuerunt, alii in villam suam, alii vero ad negotiationem suam. 6. Reliqui vero tenuerunt seruos eius;

& 1085